non erat mundus. In solitudinibus er-
rantes. in montibus et speluncis. et in ca-
uernis terre. Et hi omnes. testimonio

fidei probati inuenti sunt. In xpo ihu

I dno nro. **E. V. S. C. D. M. L. V. C.**
I N ILLO T E M P. **D** escendens
ihc de monte. usq; mercesura multa
est in celo.

D. O. M. . I. I. I. . P. T. H. O. P. H. .

A. D. R. O. M. A. N. O. S. .

F. R. S. . **N** emini quicquā debeatis.
nisi ut inuicē diligatis. Qui enim dili
git proximū. legem implebit. Nam
non adulterabis. non occides. non fura
beris. non falsum testimoniū dices. non
concupisces rē proximi tui. et si quod ē
Aliud mandatū. in hoc uerbo instaurat²

D iliges proximū tuū. sicut te ipsum.

D ilectio proximi. malū non operatur.

Plenitudo ergo legis. est dilectio

I E **Ū** S **C** D **M** M **A** T **H**.

I N I L L O T E M P . - **A**scendente
ihū in nauiculā. usq; qui a uenti et
mare obediunt ei

N A T S C E A G N E T I S .

L E C L I B S A P .

Confitebor tibi dñe rex. et collauda
bo te dñm saluatorem meum. Con
fitebor nomini tuo. qm̄ adiutor et pro
tector factus es mihi. et liberaisti corpus
meum a perditione. A laqueo lingue
iniquę. et a labiis operantiū menda
tium. Et in conspectu astantiū factus es
mihi adiutor. et liberaisti me secūm multitu
dinē misericordię nominis tui. A ru

gientib; preparatis ad descā. ⁊ de manib;
querentiu animā meā. ⁊ de postis tribula
tionum. quę circum dederunt me.

A pressura flamme quę circū dedit me. ⁊
in medio ignis. non sum estuata. De
altitudine uentris inferi. ⁊ lingua coin
quinata. ⁊ uerbo mendati. **A** rege ini
quo. ⁊ lingua iniusta liberaſti me. Lau
dabit usq; ad mortē anima mea dñm. ⁊
uita mea ad propinquans erat in infer
no deorsum. **C**ircumdederunt me
undiq; ⁊ non erat qui adiuuaret.

Respiciens erā ad adiutorium hominum. ⁊
non erat. Memorata sum misericordię
tuę dñe. ⁊ co operationis tuę. quę a ſecto
sunt. **Q**m̄ eruis ſuſtinentes te. ⁊ liberaſ

eos de manib; angustie. dñe dñ nr

I E Ñ S C D M M A T H.

LXXIII.

I N I L L O T E M P . D I X I T

ihc discipulis suis parabolā hanc. **S**imi
lēē regnum celorū. usq; quā nescitis diē

neq; horā. **N A T . S . V I N C E N T I L .**

S **M A R . L E C . L I B . S A P .**

T A B U N T J U S T I I N

magna constantia aduersus eos
qui se angustiauerunt. et qui abstule
runt labores eorum. Uidentes turba
buntur timore horribili. et mirabun
tur in subitatione insperate salutis. ~~ge~~
~~mentes pre angustia sps~~ Dicentes intra
se. uenientia agentes. et pre angustia
sps gementes. **H**isunt quos aliquan

do habuimus in derisum. et in similitu-
dinē improperii. Nos in sensu uitā
illorum estimabamus insaniam. et finem
illorū. sine honore. Quomodo ergo
computati sunt inter filios dī. et inter

Iscos. fors illorum est. **EV. SM. IOH**
IN ILLO TEM P. DIXIT **CAP.**
ihc discipulis suis. **A**men amen dico uo-
b. nisi granum frumenti. usq. det uob

NAT SCE EMMERENTIANE.

Q **LE C LIB SAP.**
UICUS TO DIE RINT
iusticiā eius. iustificabuntur.

Et quid didicerint iusticiā. inuenient qd
respondeant. Concupiscent ergo ser-
mones meos. diligite illos. et habebitis

disciplinā. Clara ē et quēnunquā mar-
cescit sapientia. et facile uidetur ab his
qui diligunt eā. et inuenietur ab his qui
querunt illā. Preoccupat qui se concupis-
cunt. ut illis se prior ostendat. Quidē
luce uigilauerint ad illā. non laborabit.

Affidente enim illā forib; suis inueniet.
Cogitare ergo de illa sensus ē consummatus.
et qui uigilauerit ^{ppr} ad illā. cito erit securus.
Quoniam dignos se ipsa circuit querens. et inuis
ostendens se illis hilariter. et in omni pro-
uidencia occurret illis. Initium enim illius.
uerissima ē discipline concupiscentia. Cu-
ra ergo discipline dilectio ē. et dilectio.
custodia legum illius ē. Custoditio autē
legum. consummatio incorruptionis ē.

In corruptio autē. - facit eē proximū dō.

Concupiscentia itaq; sapientie. - deducet
ad regnum perpetuū. FR. 1111.

A D C O R I N T H I O S.

FRS. Rogamus autē dñm. - ut nihil mali
faciatis. Non ut nos probati pareamus. -
sed ut uos quod bonum ē faciatis. nos
autē ut reprobis sumus. Non enim possu-
mus aliquid aduersus ueritatē. - sed pro
ueritate. Gaudemus enim quando nos
infirmi sumus. - uos autē potentes estis.

Hoc etoramus. urām consummationē.

Ideo haec absens scribo. - ut non p̄sens du-
rius agā. secundū potestātē quā dñs
dedit mihi in aedificationē. et non in
destructionē. De cetero fr̄s gaudete. -

et perfecti estote. exostamini. idem sapi
te. Pacē habete. et dī pacis et dilectionis
erit uobiscum. **EV SCDM MATH.**

I **NILLO TEM P.** **L**oquente ihū ad
urbas. ecce unus de principib; usq; exiit
fama haec in universā terrā illā

FR. V. AD CORINTH.
F **R S.** **I**taq; sicut semper obaudistis.
non ut in presentia mei tantū. sed multo
magis nunc in absentia mea. cum timo
re et tremore urām salutē operamini.
O s enim qui operatur in uobis. et uelle et
operari. et perficere pro bona uoluntate.
O mnia autem facite sinemurmuratione
et hesitationib; . ut sitis sine querela et
simplices sicut filii dī. immaculati. sine

reprehensione. in medio nationis praeue
et peruersae. inter quos lucetis sicut lumi
naria in hoc mundo. uerbum uitae con
tinentes. ad gloriam meam in die xpi quia
non in uacuum cucurri. neque in uacu
um laboraui. Sed etsi immolor supra
sacrificium et obsequium fidei uere. gaudeo
et congratulor ^{omnib;} uobis. Id ipsum autem et uos
gaudete. et congratulamini mihi.
In xpo ihu dno nro. FR. VI.

AD COLOSENS.

FRS Gr̃as agimus dō. et patri dñi
nri ihu xpi. semper pro uobis orantes.
Audientes fidemuram in xpo ihu. et dilec
tionem quam habetis in omnes scōs. propt̃
sp̃e quae reposita est uobis in cēlis. quam

audistis in uerbo ueritatis euuangelii qđ
puenit ad uos. sicut et in uniuerso mun
do ē. et fructificat et crescit. sicut et in
uobis ex eadie qua audistis et cognouis
tis grā dī in ustrūte. Sicut didicistis
ab epaphra carissimo et conseruo nrō.
qui ē fidelis prouobis minister xpī ihū.
qui etiā manifestauit nobis urām dilec
tionem in spū. Ideo et nos ex eadie au
diuimus. non cessauimus prouobis o
rantes et postulantes. ut impleamini ag
nitione uoluntatis eius. in omī sapienti
a. et intellectu spūali. In xpō ihū dñō
nrō. **EV SCDM MARC.**

I^{1.} **N**ILLO TEM P **D**icebat ihc
discipulis suis et turbis. uidete quid audiat

usq; discipulis suis differebat omnia

SABB. AD COLOSENSES.

FRS. Cum etis aliquando alienati
et inimici sensus in operib; malis. nunc
aut reconciliati in corpore carnis ipsius
per mortē. exhibere uos scōs et immacula
tos. et in reprehensibiles corā ipso. Si tam
pmanetis in fide fundati et stabiles. et im
mobiles ad spē euuangelii quod audistis.
quod predicatū ē in uniuersa creatura
quē sub celo est. Cuius factus sum ego
paulus minister. qui nunc gaudeo in pas
sionib; pro uobis. et adimpleo ea quē de
sunt passionum xpi in carne mea. pro cor
pore eius quod ē a ecclesia. cuius factus
sum ego paulus minister. Per ih̄m xpm

dnm nr̃m E Ṽ S C O M̃ L U C A .

x. viii.

IN ILLO TEM̃P . Dicebat ih̃c parabolā .
intendens quomodo . usq; beatus qui
manducabit panē in regno dī

D O M̃ . Ṽ . P̃ T H E O P H̃ .

FR S . A D C O L O S E N S E S .
Habentes hanc ministratiōē .

iuxta quod misericordiā consecuti sum̃s
non deficiamus . Sed abdicamus occul
ta dedecoris . non ambulantes in astu
tia . neq; adulterantes uerbum dī . sed
in manifestatione ueritatis . Commen
dantes nosmetipsos . ad om̃ē conscien
tiā hominū corā dō . Quod si etiā oper
tum ē euuangelii nr̃m . in his quipe
reunt est opertum . In quib; dī excecā huius

uit mentes infidelium. ut non fulgeat
illuminatio euangelii glorie xpi. qui
ē imago dī. Non enim nosmetipsos pre
dicamus. sed ihm xpm dñm nrm. nos
autē seruos ur̄os per ihm qm̄d̄s qui
dixit de tenebris lumen splendescere.
illuxit cordib; nr̄is. ad illuminationē
scientie claritatis dī. In facie ihu xpi.
dñi nr̄i. **E V S C D M M A T H.**

IN ILLO TEM P. DIXIT IHC
discipulis suis parabolā hanc. **Simile**
ē regnū celorū. usq; triticū aū congregatē in
horreum. **FR. 11. AD HEBREOS.**

FR S. **H**abundantius obseruare
nos oportet ea quē audiuiimus. ne for
te pereffluamus. Sicut enim qui per an

CAP. 6

gelos pronuntiatus ē sermo factus est fir-
mus. et omnis preuaricatio et inobedien-
tia. recepit iustā mercedis retributionē.
quomodo effugiemus. si tantā neglexeri-
mus salutē. Quaecum accepisset inu-
tium. ut pronuntiaretur p̄ dñm ab his
qui audierunt. in nobis confirmatū ē
testimonium. contestante dño signis. et
prodigiis. et uariis uirtutib; . et sp̄s sc̄i de-
tributionib; . scđm suā uoluntatem.

Non enim angelis subiecit d̄s orbē terra-
rum qui futurus ē. de quo loquimur.

Testificatur aut. dauid dicens in quodā loco.

Quidē homo quod memores eius. aut
filius hominis qm̄ uisitas eū. Minu-
isti eum paulo minus ab angelis. gta

et honore coronasti eum. et constituisti
eum super opera manuum tuarum. Omnia
subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod
omnia subiecit. nihil dimisit non subiec-
tum illi. Nunc autem. nondum uidemus
subdita ei uniuersa. Cum autem qui modi-
cum quam angeli minoratus est. uidemus
ihm propter passionem mortis. gloria et
honore coronatum. ut secundum gratiam dei
per omnes gustaret mortem. Decebat enim
eum propter quem omnia. et per quem omnia.
qui multos filios in gloriam adduxerat.
ipsum principem salutis ipsorum eternae.
per passionem consummari. Qui enim sancti-
ficat. et qui sanctificantur. ex uno omnes.
In xpo ihu dno nro. FR .IIII.

A D R O M A N O S.

F R S. **N**ec enim omnes qui sunt
ex isrl. israhelite sunt. neq; quia sunt
semen abrahe omnes filii. sed in isaac
uocabitur tibi semen. Idē non qui fi-
lii carnis. hi filii dī. sed qui filii sunt p-
missionis. estimantur in semine. Pro-
missionis enim uerbū. hoc ē. Secun-
dum hoc tempus uenia. et erit sarē
filius. **N**on solum aut. sed et rebecca
ex uno concubitu habens isaac patrem
nr̃m. **N**am cum necdū nati fuissent.
aut aliquid egissent boni uel mali.
ut propositum quod per electionē dī
factū ē permaneret. non ex operibus
sed ex uocantē dictum ē ei. quia maior

seruiet minori: sicut scriptū ē: Iacob
dilexi: esau aut odio habui: Quid er-
go dicemus: nunquid iniquitas apud
dm absit? Mors enim dicit: Mise-
rebor cui misertus ero: et misericordia
prestabo cui miserebor: Igitur non uo-
lentis neq; currentis: sed misericentis edī.
Per ih̄m xp̄m dñm nr̄m

I E N̄ S C D M M A R C

I N I L L O T E M P : **D** um tran-
scendisset ih̄c in nauē trans fretū: usq;
et esto sana a plagatua

cap. 5

N A T S C E A G N E T I S . II .

L E C L I B S A P

O N E O S M E U S E X A L T A S
ti super terrā habitationē meam.

et pro morte defluenti deprecatus sum. In
uocaui dominum patrem domini mei. ut non
derelinquat me in die tribulationis mee.
et in tempore superbiorum. sine adiuto
rio. Laudabo nomen tuum assidue.
et collaudabo illum in confessione. et ex
audita est oratio mea. Liberaisti me de per
ditione. et eripuisti me de tempore ini
quo. Propterea confitebor. et laudabo di

ca nomini tuo. **domine deus noster. EV SC DM**
L. IN ILLO TEMPOR DIX IHC MAT.
discipulis. **S**imile est regnum celorum
thesauro. usque; noua et uetera. **FR. VI.**

AD THESALONICENSIS.
FRS. Gratias
Fagimus deo semper pro omnibus; uobis.

memoriam ur̄i facientes in orationib; nr̄is.
sine intermissione. Memores operis fidei
ur̄ae. et laboris et caritatis. et sustentationis
spei dñi nr̄i ih̄u xp̄i. Antedñ et patrem
nr̄m. Sciētes fr̄s dilecti. ad o electionē
ur̄am. Quia euangelium nr̄m non fuit
in sermone tantum. sed in uirtute. et in
sp̄u scō. et in plenitudine multa. Sicut
scitis quales fuerimus in uobis propter uos.
et imitatores nr̄i facti estis et dñi. excipi
entes uerbum in tribulatione multa.
cum gaudio sp̄s sc̄i. ita ut facti sitis form̄
omnib; credentib; in macedonia. et in a
chaia. Auobis enim diuulgatus est
sermo dñi. non solum in macedonia et
in achaia. sed in omni loco fides ur̄a quę

ad dñm profectae . ita ut non sit uobis
necesse quicquā loqui . Ipsi enim de no
bis adnuntiant . ~ quale introitū habu
erimus ad uos . et quomodo conuersi
estis ad dñm a simulacris . seruare dō uiuō
et uero . et expectare filium eius de cae
lis quem suscitauit a mortuis . Ih̄m

Ixpm dñm nrm **E U S C D M M A R C .**

VII.

IN ILLO TEMP . **V**enit ih̄c trans
fretū in regione geraſenorū . usq; et mi
sertus ē tui **S A B B A T O .**

A D T I M O T H E U M .

FR̄S . **O**bscuro igitur primo
omnium fieri orationes . obsecrati
ones . postulationes . gratiarum acti
ones . pro omnib; hominib; . Pro re

gibus. et omnib; qui in sublimitate sunt.

ut tranquillā et quietā uitā agamus.

in omni patientia. et castitate. Hoc

enim bonū ē et acceptū corā saluatore nrō

dō. qui omnes homines uult saluos fi

eri. et ad agnitiōē ueritatis uenire.

Unus enim dñs. unus mediator dī et homi

num. homo xp̄c ih̄c. qui dedit semet

ipsum redemptionem pro omnib;

Cuius testimoniū temporib; suis datū

ē. in quo positus sum ego predicator

et apostolus. Veritatē dico non men

tor. doctor gentiū in fide et ueritate.

In xp̄o ih̄u dñō nrō.

IE V S C O M L U C A.

IN ILLO T E M P. Factum est

CAP.

deinceps ibat ih̄c in ciuitatē. usq; quia
uisitauit plebē suam.

D O M VI. P' T H I O P H.

A D C O R I N T H I O S.

F R S. Rogo uos. imitatores mei
estote. Ideo misi ad uos timotheū. qui
ē filius meus carissimus. et fidelis in dñō
qui uos commune faciat uias meas que
sunt in xpō ih̄u. sicut ubiq; in omni e
clesia docco. Tanquā non uenturus si
ad uos. sic inflati sunt quidā. Ueniā
aut cito ad uos si dñs uoluerit. et cognos
cā non sermonē eorū qui inflati sunt. sed
uirtutē. Non enim in sermone ē regnū
dī. sed in uirtute. Quid uultis. in uirga
ueniam ad uos. an in caritate. et spū man

suetudinis. ² Ommino auditur inter
uos fornicatio. et talis fornicatio. qua
lis nec inter gentes. ita ut uxore patris
habeat aliquis. Et uos inflati estis. et non
magis luctum habuistis. ut tolleretur de
medio ur̄m. qui hoc opus fecit. Ego
quidē absens corpore. presens autē spū.
iam iudicaui tanquā presens eum. qui
sic operatus ē. In nomine dñi nr̄i ih̄u

Ixpi. **F** **V** **S** **C** **D** **M** **M** **A** **R** **C**

IN ILLO TEM̄P. **C**um sero fac
tum eēt. usq; saluificabant

CAP. LX

F **A** **S** **E** **C** **V** **N** **D** **A**.

A **D** **H** **E** **B** **R** **E** **O** **S**.

F **R** **S**. **F**ide intelligimus aptata
eē secula uerbo dī. ut ex inuisibilibus.

uisibilia fierent. Fide abel plurimam
hostiam. quamcain obtulit dō. perquā
testimonia consecutus ē cē iustus. testi
monium perhibente munerib; eius dō.
et per illā defunctus adhuc nominatur.

Fide enohe translatus ē ne uideret mor
tem. et non inueniebatur. quia translu
lit illum dō. Ante translationē enī.
testimonium habet placuisse dō. Cre
dere enim oportet accedentē. quia est
etis qui exquirunt eum mercedis redditor.

Fide noe responso accepto de his que ad
huc non uidebantur. metuens fabricauit
Arcā in salutē domus sue. perquā dā
nauit mundū. et per fidē iusticię factus
[sine fide autē. placere non potuit dō

heres. Fide qui uocatur abrahā. obedi-
uit exire in locū quē accepturus erat in
hereditatē. et exiuit nesciens quo iret.

Fide demoratus ē in terra repromissionis.
tanquā in aliena. tabernaculis habitans.
cum isaac et iacob coheredib; promissionis
eiusdē. Expectabat enim fundamenta
habentē. ciuitatem. cuius artifex et
conditor dñs. **FR · IIII · L · E · C.**

F **RS ·** **C**arnis **AD ROMAN.**
curā ne feceritis in desideriis. Infirmū
autē in fide assumite. non in disceptati-
onib; cogitationum. Alius quidē cre-
dit manducare se omnia. qui autē infir-
mus ē olera manducet. Is qui mandu-
cat. nō manducantē spernat. et qui non man-

ducat. manducantē non iudicet. Os enī
illū assumpsit. Tu es qui iudicas alienū
seruum. suo domino stat aut cadit.
Stabit autē. potens ē enim dñs statuere illū.
Nam alius iudicat diē interdī. alius autē
iudicat omnē diē. Unusquisq; in suo
sensu habundet. Quis sapit diem. dñō sa
pit. Et qui manducat. dñō manducat.
Gratias enim agit dō. Et qui non mandu
cat. dñō non manducat. Gratias enim
agit dō. Nemo enim ur̃m sibi uiuit.
et nemo sibi moritur. Si uenim uiuim⁹
dñō uiuimus. siue morimur. dñō mori
mur. Siue ergo uiuimus siue morim⁹.
dñi sumus. In hoc enim xp̃c et mortuus
ē. et resurrexit. ut et uiuorū et mortuorū.

dominetur. Tu autē quid iudicas frēm
tuū in n̄ manducand°. Aut tu quid spernis
fratrē tuū. Omnes enim astabimus an
te tribunal xpī. Scriptū ē enī. Vivo

ego dicit dñs. qm̄ mihi flectetur omne
genu. et confitebitur omnis lingua dō.
I taq; unusquisq; nr̄m. pro se rationem
reddet dō. Non ergo amplius inuicem
iudicemus. sed hoc iudicate magis. ne
ponatis offensionē frī uel scandalum.

S cio et confido in dñō ihū. quia nihil cō
mune per ipsum. nisi ei qui existimat qd
commune ēē. illi commune ē. Si enī
propter crībū frater tuus contristatur. iā
non secundū caritatē ambulas. Noli crī
bo tuo illū perdere. pro quo xp̄m ostendit.

est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.
Non est regnum dei. esca et potus. sed iusti-
cia et pax et gaudium in spiritu sancto.

F R VI. A D R O M A N O S.
R S. Quae pacis sunt sectemur.
et quae edificationis sunt inuicem custo-
diamus. Noli propter escam destruere
opus dei. omnia quidem munda sunt.
sed malum est homini. qui per offendicu-
lum manducat. Bonum est non mandu-
care carnem et bibere uinum. neque in quo
frater tuus offendit. aut scandalizatur.
aut infirmatur. Tu fide habes penes
te met ipsum. habet coram deo. Beatus
qui non iudicat semetipsum. in eo quod
probat. Qui autem discernit. si mandu-

cauerit damnatus ē. quia non ex fide

O mne aut quod non ē ex fide. peccatū ē

O bremus aut imbecillitates infirmorum

sustinere. et non nobis placere. Unus

quisq; proximo suo placeat. ad bonā

aedificationem. Per ih̄m xp̄m dñm nr̄m

I E **N** **S** **C** **D** **M** **L** **V** **C** **A**.

I N **I** L **L** O **T** E **M** **P**. **R**ogabat

CAP. L

ih̄m quidā phariseus. usq; qm̄ dilexit

multum. **S** **A** **B** **B**. **L** **E** **C**.

F **R** **S** **S**cripsi **A** **D** **C** **O** **R** **I** **N** **T** **H**.

uobis in epistola. ne commisceamini

fornicariis. Non utiq; fornicariis hu

ius mundi. aut auaris. aut rapacib;

aut idolis seruientib; Alioquin. de

bueratis iā de hoc mundo exisse. Nunc

aut scripsi uobis. non commisceri. Si
quis frater nominatur et est fornicator
aut auarus. aut idolis seruiens. aut male
dicus. aut ebriosus. aut rapax. cum hu
iusmodi nec cibum sumere. Quidem
mihi de his qui foris sunt iudicare.
nonne de his qui intus sunt uos iudica
tis. illos aut qui foris sunt. deus iudica
bit. Auferre malum. a uobis ipsis. Au
det aliquis uirum aduersus alterum habens
negotium iudicare apud iniustos. et non
apud sanctos. Nescitis. quoniam sancti de hoc
mundo iudicabunt. etsi in uobis iudi
cabitur hic mundus. indigni estis. qui
de minimis iudicetis. Nescitis quoniam an
gelos iudicabimus. quanto magis se

cularia. per ih̄m xp̄m dñm nr̄m

E **V** **S** **C** **D** **M** **M** **A** **R** **C**.

I **N** **I** **L** **L** **O** **T** **E** **M** **P** **E** **g** **r** **e** **s** **s** **u** **s** **e** **i** **h** **e** **a** **d**

mare. usq; non ueni uocare iustos sed

peccatores **D** **O** **M** **V** **I** **L**. **P** **T** **H** **E** **O** **P**.

A **D** **C** **O** **R** **I** **N** **T** **H** **I** **O** **S**.

R **S**. **N** **e** **m** **o** **u** **o** **s**

seducat. **S** **i** **q** **u** **i** **s** **u** **i** **d** **e** **t** **u** **r** **s** **a** **p** **i** **e** **n** **s** **i** **n** **t** **e** **r** **r** **e** **s**

uos in hoc seculo. **S** **t** **u** **l** **t** **u** **s** **f** **i** **a** **t** **u** **t** **s** **i** **t** **s** **a** **p** **i** **e** **n** **s**

S **a** **p** **i** **e** **n** **t** **i** **a** **e** **n** **i** **m** **h** **u** **i** **u** **s** **m** **u** **n** **d** **i**. **S** **t** **u** **l** **t** **i** **c** **i** **a**

e **a** **p** **u** **d** **d** **m**. **S** **c** **r** **i** **p** **t** **u** **e** **n** **i** **m**. **C** **o** **m** **p** **r** **e** **h** **e** **n** **d** **a**

s **a** **p** **i** **e** **n** **t** **e** **s**. **i** **n** **a** **s** **t** **u** **t** **i** **a** **e** **o** **r** **u**. **E** **t**

i **t** **e** **r** **u**. **D** **n** **s** **n** **o** **u** **i** **t** **c** **o** **g** **i** **t** **a** **t** **i** **o** **n** **e** **s** **s** **a** **p** **i** **e** **n** **t** **u**.

q **m** **u** **a** **n** **e** **s** **u** **n** **t**. **I** **t** **a** **q**; **n** **e** **m** **o** **g** **l** **o** **r** **i** **e** **t** **u** **r**

i **n** **h** **o** **m** **i** **n** **e**. **O** **m** **n** **i** **a** **e** **n** **i** **u** **r** **a** **s** **u** **n** **t**. **S** **i** **u** **e**

p **a** **u** **l** **u** **s**. **s** **i** **u** **e** **a** **p** **o** **l** **l** **o**. **s** **i** **u** **e** **c** **e** **p** **h** **a** **s**. **s** **i** **u** **e** **h** **i** **c**

mundus. siue uita. siue mors. siue presentia
siue futura. Omnia enim uia sunt. uos

I aut xpi xpc uerodi. **EV SCD M.**
NILLO TEMP. MAT H.

Cum uenisset ihc ad turbas. usq; cu
rauit eos.

I N P U R I F I C. S C E M A R I E.

E L E C T I B S A P I E N T.

Ego quasi uitis fructificaui suauitate
odoris. et flores mei fructus honoris

et honestatis. Ego mater pulchre dilec
tionis et amoris. et agnitionis. et scē spei.

In me gra omnis. uite et ueritatis. In
me omnis spc. uite et uirtutis. Transi
te ad me omnes qui concupiscitis me.
et a generationib; meis implemini.

Sps enim meus super mel dulcis. etheredi-
tas mea. super mel et fauim. Memoria
mea. in generatione seculorū. Quie-
dunt me adhuc esurient. et qui bibunt
me adhuc sitient. Et qui operantur in
me. non peccabunt. Qui elucidant me.
uitā aeternā possidebunt.

IEN SCD M LUC.
IN ILLO TEM P. **P**ostquam im-
pleti sunt dies purgationis marie. usq;
gloriam plebis tue isrl.

CAP. 11

S N AT SCE AGATHE
LEC LIB SAPIENT.
SA PIENTIA. UINCIT
malitiam. Attingit ergo a fine usq; ad
finē fortiter. et disponit omnia suauit.

Hanc amavi. et exquisiui ad iuuentutem meam.
et quasiui sponsam assumere mihi. et ama-
tor factus sum forme illius. Generosita-
te illius glorificat. contubernium ha-
bens dei. Sed et omnium dominus dilexit illam.
Doctrix enim discipline dei. et electrix
operum illius. E U S C D M M A T.

X. VIII.

IN ILLO TEMP. DIXIT IHC
discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum
celorum. uirg. usque. quia nescitis diem neque
horam. D O M VIII. P THEOP.

A D H E B R E O S.
FR S. Videte ne recusatis loquen-
tem uobis. Si enim illi non effugerunt
recusantes eum qui super terram loquebatur.
multo magis uos qui de celis loquentem.

nobis auctimur. cuius uox mouit ter-
rā tunc. nunc aut repromisit dicens
A dhuc semel. et ego mō uebo inquit. non
tantū terrā. sed etiā et celū. Quod aut ad
huc semel dicit. declarat mobiliū trans-
lationē tanquā factorū. ut maneat ea
que sunt immobilia. Itaq; regnū
immobile susipientes. habemus grām. p
quā seruiamus placentes dō. cum metu &
reuerentia. Etenim dñs nr. ignis consci-
mens ē. Caritas fraternitatis maneat
in uobis. et hospitalitatē nolite obliuisci.
P er hanc enim placuerunt quidā. angelis
hospicio receptis. Mementote uinctoz
tanquā simul uincti. et laborantium.
tanquā et ipsi in corpore morantes.

Honorabilex conubiū in omnib; et thoris
immaculatus. Fornicatores enim et ad
ulteros. iudicabit. dñs. Sint mores sine
auaritia. contenti presentib;. In iesu naue
ipse enim dixit. Non te de sera. neq; de
relinquā. ita ut confidenter dicamus.

Oñs mihi adiutor ē. non timebo quid faci
at mihi homo. Memento te prepositorū
uorū. qui uobis locuti sunt uerbu di.

Quorū intuentes exitū conuersationis.
imitamini fidē. Ihc xpc heri et hodie.
ipse et in secula seculorū amen.

I E N S C D M L V C.
IN ILLO TEMP. Conuocatis ihc
xii discipulis. usq; euangelizantes et
curantes ubiq;

NT. S. SOTERIS. ZOTICI. ERENEI.

LEC AD TIMOTHEN.

RS - **N**ihil intulimus in hunc mundum. - haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta. et quib; tegamur. - his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri. - incident in temptationem et laqueum diaboli. et desideria multa inutilia et nocua que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum. - est cupiditas. Quam quidam appetentes errauerunt a fide. - et conseruerunt se dolorib; multis. Tu autem o homo dei hec fuge. - sectare uero iusticiam. pietatem. fidem. caritatem. patientiam. mansuetudinem.

Certabonū certamen fidei. - adprehende
uitā aeternā. in qua uocatus es et con
fessus es bonā confessionē corā multis
testib; Precipio tibi corādō qui uiuifi
cat omnia in xpō ihū. - qui testi moniū
reddidit sub pontio pilato bonā confes
sionē. ut serues mandatum sine macu
la inreprensibile. usq; in aduentū dñi
nrī ihū xpī

D O M N I I I I . P ' T H E O P H .

A D H E B R E O S .

FRS. - Fide obtulit abrahā isaac
cum temptaretur. - et unigenitū offere
bat. Accipiens re promissiones. Ad quē
locutus ē. - qm̄ in isaac uocabitur tibi
semen. Arbitrans quia ex mortuis susci.

tare potens ē dñs. Unde et ipsū in parabo
lā accepit fide. et de futuris benedixit isa
ac. iacob. et esau. Fide iacob moriens.
unumquēq; filiorū ioseph benedixit. et
adorauit fastigium in cacumine uirge sue.
Fide ioseph moriens de profectione filiorū
suorū memoratus ē. et de ossib; suis manda
uit. Fide moyses natus. occultatus est
mensib; trib; a parentib; suis. Propter qd
uiderunt elegantē infante. et non timu
erunt regis edictū. Fide moyses mag
nus factus. negauit se ēē filium filie re
gis pharaonis. magis eligens affligi cum
populo dī. quā temporalis peccati habere
iucunditatis delicias. Maiores diuitias
aestimans. a thesauro aegypti impropriū

xpi aspiciēbat enim in remuneratione
Fide dereliquit aeg̃ptū. nō timens fu-
rorem regis. inuisibile enī tanquā uiuens
sustinuit. Fide celebrauit pascha. et san-
guinis effusione. ne qui uastabat primi-
tias tangeret corū. Fide predicauer-
aeg̃ptios transeuntes. fide transier̃ mare
rubrum tanquā per aridā terrā. cuius
experimentū accipientes aeg̃pti deuorati
sunt. Fide muri iericho corruerunt.
circuitu dierum septē. Fide raab me-
retrix non perit cum incredulis. susci-
piens exploratores cum pace. In xpō ihū

dnō nrō EŪ S C D M M A T H.

IN ILLO TĒMP DIXIT IHC

discip̃ suis. S imile factū ē regnum

celorum homini regi. usque multi aut sunt
uocati. pauci uero electi. NT. S. VALENTI

NI ET VITALIS. LEC AD CORINT.

FRS. **D**o aut gratias. qui semper
triumphat. nos in xpo ihu. et odorem no
tie sue manifestat per nos in omni loco.

quia xpi bonus odor sumus do. in his qui
salui fiunt. et in his qui pereunt. Aliis qui
dem odor mortis in morte. Aliis aut odor
uite in uitā. Et adhuc quis tā idoneus ē.

Non enim sumus sicut plurimi adulterantes
herbum dī. sed ex sinceritate sicut ex do.
corā do in xpo loquimur. Incipimus ite
rum nosmetipsos commendare. Aut
nunquid indigemus sicut quidā commen
datiis epistolis a duos. aut ex uobis comen

daticias. Et pistola nostra uos estis scripta
in cordibus nostris. quæscitur etque legitur ab omni
bus manifesta. Quia epistola estis christi mi
nistrata a nobis et scripta. non atramento
sed spiritu diuini. Non in tabulis lapideis
sed in tabulis cordis carnalibus. In christo ihesu
domino nostro. **E N I S C O D I M L U C A .**

I N I L L O T E M P O R E . I H E S U S
discipulis suis. Siquis uult post me uenire
usque uideant regnum dei.

C A T H E D R A S . P E T R I .

L E C . I P . B E . P E T R I A P T I .
K O M I .

Petrus apostolus ihu christi. elec
tis aduenis dispersionis. ponti. galatie.
cappadocie. asiae. et bithinie. secundum
presentiam dei patris. et sanctificationem spiritus. in

obedientia . et aspersione sanguinis ihu xpi
gratia uobis et pax multiplicetur . Bene
dictus ds et pater dni nri ihu xpi . qui scdm
magna misericordia sua . regenerauit nos
in spe uiua . per resurrectione ihu xpi ex
mortuis in hereditate incorruptibile et in
contaminata . et inmarcescibile . conser
uata in celis . in uobis qui in uirtute di
custodimini per fide in salutem parata . re
uelari in tempore nouissimo . in quo exul
tabitis . modicum nunc si oportet con
tristari in uariis temptationibus . ut proba
tio ure fidei . multo preciosior sit auro . qd
per ignem probatur . Inueniatur in laude
gloria et honorem . In reuelatione dni
nri ihu xpi . NT . S . GREGORII . PP .

FAD HEBREOS.

FRS. Plures facti sunt sacerdotes.

Regretro innat sci siluestri pape

ANNUNCIATIO SC^E MARIE.

FLEC AD CORINTHIOS.

FRS. De uirginib; preceptu dñi non habeo. consiliu aut dō. tanquā misericordia consecutus ad o. ut sim fidelis.

Existimo enim hoc bonū ēē. propter instantē necessitatē. qm bonum ē homini sic ēē.

Alligatus es uxori. noli querere solutionē.

Solutus es ab uxore. noli querere uxore.

Si aut acceperis uxore. non peccasti. **E**t si

nupserit uirgo. non peccabit. **T**ribula

tionem tamen carnis. habebunt huius

modi. **E**go aut uobis parco. **H**oc itaq;

dico fr̄s. tempus breue est. Reliquum
ē. utet qui habent uxores. tanquā non
habentes sint. et qui flent tanquā non flen
tes. et qui gaudent tanquā non gaudentes.
et qui emunt tanquā non possidentes. et
qui utuntur hoc mundo. tanquā non utan
tur. Preterit enim huius figura mundi.

Uolo aut̄ uos. sine sollicitudine ēē. Qui
sine uxore ē. sollicitus est quē dñi sunt.
quomodo placeat dō. Quiaut̄ cum uxore
ē. sollicitus ē quē sunt mundi. quo
modo placeat uxori. Et diuisa ē muli
er et uirgo. Quae in nupta ē. cogitat
quē dñi sunt. ut sit scā et corpore et spū.
Quae ^{aut̄} nupta ē. cogitat quē sunt huius

mundi. quomodo placeat uiro. Porro
hoc ad utilitatē urā dico. non ut laqueū
uobis initiā. sed ad id quod honestū ē. et qd
facultatē prebeat. sine impedimento dñō
seruiendi. Siquis autē turpē se uideri existi
mat supra uirginē suā. quod sit supra dul
ta. ea oportet fieri. quod uult faciat.
non peccat si nubat. Nam qui statuit in
corde suo firmus. non habens necessitatē.
potestatē autē habens suę uoluntatis. et
hoc iudicauit in corde suo seruare uirgi
nitatē suā. benefacit. Igitur et qui ma
trimonio suo iungit uirginē suā. bene
facit. Mulier alligata ē legi. quanto tē
pore uireius uiuit. Quod si dormitionē

Acceperit uir eius. liberata est. cui uult
nubat. tantū in dño. Beatior autē erit si sic
pmanferit. secundū meū consiliū. Puto
autē. quod et ego spm̄ dī habeo. Per ih̄m

Ixpm̄ dñm̄ nr̄m. **E V S C D M L V C**
NILLO Tēp̄. **M**issus est

CAP. III

gabriel angls. usq; sedm̄ uerbū tuum
D O M I N L X X. L E C.

A D C O R I N T H I O S.

F**R S.** **N**escitis quod hi qui in stadio
currunt. omnes quidē currunt. sed unus
accipit brauium. sic currite. ut com
prehendatis. Omnis autē qui in agone
contendit. ab omnib; se abstinēt. Et
illi quidē ut corruptibile coronā accipiant.

· nos autē incorruptā · Ego igitur sic cur-
ro · non quasi in incertū · Sic pugno ·
non quasi aere muerberans · Sed casti-
go corpus meū cōseruitutē redigo · ne
forte cum aliis preiudauerim · ipse rep-
bus efficiar · Nolo enim uos ignorare fr̄s ·
qm̄ patres nr̄i omnes sub nube fuerunt ·
et omnes mare transierunt · et omnes
in mōrse baptizati sunt in nube et in ma-
ri · Et omnes eandē escā spūalē mandu-
cauerunt · et omnes eundē potum spūa-
lem biberunt · Bibebant autē de spūali
consequenti eos petra · Petra autē erat

Ixpc̄ · **E N̄ S C D M MATH**
IN ILLO TEMP · dixit h̄c discip̄ suis

Simile ē regnū celorū homini patrifamilias
usq; pauci uero electi **FR. II.**

A D G A L A T H A S.

F**R****S.** **P**aulus apostolus non ab ho-
minib; neq; per hominē . sed per ih̄m xp̄m
et dñm patrē . qui suscitauit illū a mortuis
et qui mecum sunt omnes fr̄s ecc̄e gala-
tię . gratia uobis et pax a dō patre nr̄o . et
dño ih̄u xp̄o . **Q**uidedit semetipsū pro
peccatis nr̄is . utri peret nos de presenti
seculo nequā . secundū uoluntatē dī et
patris nr̄i . cui ē gloria in secula seculorū .

Miror quod sic tam cito transferemini ab
eo qui uos uocauit in gratia xp̄i ih̄u . in
aliud euangelium . quod non ē aliud

· nisi sunt aliqui qui uos conturbant . et uolunt conuertere euuangelium xpi . Sed licet nos aut angelus de celo euuangelizet uobis preterquam quod euuangelizauimus uobis . Anathema sit sicut prediximus . et nunc iterum dico . Siquis uobis euuangelizauerit preter id quod accepistis . anathema sit . Modo enim hominibus suadeo et deo . An quero hominibus placere . Si adhuc hominibus placere . dni seruus non essem .

FR III. LEC

ISAIAE AP PH.
HAEC DICTIT DNS

Uae qui coniungitis domum ad domum . et agrum agro copulatis . usque ad terminum

loci. Nunquid habitabitis soliuos in
medio terre. in auribus meis sunt haec domini
exercituum. nisi domus multe deserte fue-
rint. grandes et pulchre absque habitatore.

O ecce ergo iuga uinearum. facient laguncu-
la una. Et triginta modii sementis.
facient modios tres. Uae qui consurgi-
tis mane a debrietate sectanda. et potan-
dum usque ad uesperum ut uino aestuetis.

Cithara. et lira. et tympanum. et cybia et uinum
in conuiuio uris. et opus domini non respici-
tis. nec opera manuum eius consideratis.

Propterea captiuus ductus est populus meus.
quia non habuit scientiam. Et nobiles
eius interierunt fame. et multitudo eius

sit exaruit. Propterea dilatauit inferny
animā suā. et aperuit ossuum absq; ullo
termino. Et descendunt fortes eius. et
populus eius. et sublimēs eius gloriosi q; ad
eum. Et incuruabitur homo et humili-
bitur uir. et oculi sublimiū hominū depri-
mentur. Et exaltabitur dñs exercitū
in iudicio. et dñs sc̄s sc̄ificabitur in iusti-
cia. Et pascuntur agni iuxta ordinē
suum. et deserta in ubertate uersa. ad-
uene comedent. **FIR IIII.**

LIE ISAIAE PROPH
HAEC DICT DñS

Uae qui trahitis iniquitatē in funi-
culis uanitatis. et quasi uinculū plaustrī

peccatū . quid dicitis festinet . et cito ueni
et opus eius ut uideamus . et adpropiet
et ueniet consiliū scī isrl . et sciemus illud .

U . et quid dicitis malum bonū . et bonū malū
ponentes amarū in dulce . et dulce in am-
rū . Uae qui sapientes estis in oculis uris .
et corā uobis metipsis prudentes . Uae
qui potentes estis ad bibendū uinū . et ui-
ri fortes admiscendā ebrietatē . Qui iusti-
ficatis impium pro munerib; . et iustici-
am iusti auferitis ab eo . Propter hoc sic
deuorat stipulā . ligna . ignis . et calor
flāme exurit . sic radix eorū quasi fauilla
erit . et germen eorum ut puluis ascendet .
N . biberunt enim legem dñi exercituum .

et eloquium sci isrl. blasphemauerunt

Ideo iratus ē furor dñi in populo suo. et ex-
tendit manum suam super eum et percus-
sit eum. et conturbati sunt montes. et fac-
tae sunt morticina eorum quasi sterces in
medio platearum. In omnib; his non est
aversus furor eius. sed adhuc manus eius

extenta. **E V S C D M M A R C.**

VIII.

IN ILLO TEM P. Cum tran-
scendisset ihc in nauī. usq; sanus a
plaga tua. **F R V. L E C**

A D C O R I N T H I O S.
F R S. Iterum dico. ne quis me
putet insipientē. Alioquin. uelud
insipientē accipite. ut ego modicū quid^{ali}

glorier. Quod loquor. - non loquor se-
cundū dñm. sed quasi in sapientia in hac
substantia glorię. qm̃ multi gloriantur
secundū carnē. - et ego gloriabor. In xp̃o

ihū dñō nr̃o. FR VI. LECT.

IN DIEBUS ILLIS. IEREM PPH.

IDixit dñs ad me. Iustificauit animā
suā auersatrix isrl̃. - comparatione pre-
uaricatrici iuda. Uade et clama sermo-
nes istos contra aquilonē et dices. Re-
uertere auersatrix isrl̃ ait dñs. - et non
auertam faciem meā a uobis. quia sc̃s
ego sum dicit dñs. - et non irascar in perpe-
tuum. Tamen scito iniquitatē tuā. -
quia in dñm dñm tuū preuaricata es. et

dispersisti uias tuas alienis subomnilig
no frondoso. et uocem meam non audistis
Ait dñs. Conuertimini filii recedentes.

¶ Dicit dñs omps. **E U S C D M M A B C.**

vii.

IN ILLO TEM P. **U**enit ihc
trans fretum in regionem generacionum usq;
et misertus sit tui. **S A B B.**

L E C A D C O R I N T H I O S

FR S. **S**ecularia igitur negocia sibi
buertis. contemptibiles qui sunt in ae
clesia adiudicandum constituit illos
Aduer eundiam uram dico. Si non e
inter uos sapiens quisquam. qui possit
iudicare inter fr̃m suum. sed frater cu
fr̃e suo iuditio contendit. et hoc apud in

fideles. Jamquidē omnino delictū ē in
uobis. quia iudicia habetis inter uos.

Quare non magis iniuriā accipitis. quare
non magis fraude patimini. Sed uos
fraudatis et iniuriā facitis. et hoc frīb;

Non nescitis quia iniqui regnū dī non possi
debunt. Nolite errare. neq; fornica
ri. neq; idolis seruientes. neq; adulteri.
neq; molles. neq; masculorū concubitores.
neq; fures. neq; auari. neq; ebriosi. neq;
maledici. neq; rapaces. regnum dī posside
bunt. Et hec quidē fuistis. sed abluti
estis. sed sanctificati estis. sed iustificati estis.

In nomine dñi nrī ihū xpī. et in spū dī
nrī. **E N S C D M L V C.**

IN ILLO TEM P **L**ibati hē in
ciuitatē que uocat^r nai. usq; uisitauit ple
bem suā **D O M I N . L X .**

L E C A D C O R I N T H .

FR S **L**ibenter suffertis insipientes.
cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim.
siquis uos in seruitutē redigit. siquis deuo
rat. siquis accipit. siquis extollitur. siquis
in faciē uos cedit. Secundū ignobilitatē di
co. quasi nos infirmi fuerimus. In quo
quis audeat. In insipientia dico. audeo &
ego. Hebrei sunt ego. Isrlitē sunt et ego.
Semen abrahæ sunt et ego. Ministri sunt
et ego. Ut minus sapiens dico. plus ego.
In laboribus plurimis. in carceribus habun

dantius. in plagis supra modum. in
motibus frequenter. A iudeis quinquies
quadragenas. unaminus accepi. Ter
uirgis cesus sum. semel lapidatus sum.
ter naufragium feci. Nocte et die. in pro
fundo maris fui. In itineribus sepe. Pericu
lis fluminum. periculis latronum. periculis
ex genere. periculis ex gentibus. periculis in
ciuitate. periculis in solitudine. periculis
in mari. periculis in falsis fratribus. In labo
re et erumna. in uigiliis multis. Infame
et siti. in ieiuniis multis. In frigore. et
nuditate. Preter illa quae extrinsecus
sunt. instantia mea. cotidiana sollici
tudo omnium ecclesiarum. Quis infirmat²

et ego non infirmor. quis scandalizatur
et ego non uiror. si gloriari oportet. que
infirmittatis mee sunt gloriabor. Dñs et
pater dñi nr̃i ih̃u xp̃i scit qui est benedictus
in secula. quod non mentior. Damasci
prepositus gentis arethae regis. custodi
ebat ciuitatē damascenorū. ut me cōpre
henderet. Et per fenestrā in porta de
missus sum per murū. et sic effugi mans
eius. Si gloriari oportet. non expedit
quidē. Veniā autē ad uisiones et reuela
tiones dñi. Scio hominem in xp̃o ante
Annos quatuordecī. siue in corpore nescio
siue extra corpus nescio dñs scit. raptum
huiusmodi usq; ad tertium celum. Et

scio huiusmodi hominē. siue incorpo-
re siue extracorpore nescio dñs scit. qm̄
raptus ē in paradī suū. et audiuit archana
uerba. quę non licet homini loqui. Pro
huiusmodi gloriabor. pro me autē nihil
nisi in infirmitatib; meis. Nametsi uolu-
ero gloriari. non ero insipiens. Ueritatē
enim dicā. Parco autē. ne quis me existi-
met supra id quod uidet in me. aut audit
aliquid ex me. Et ne magnitudo reue-
lationū extollat me. datus est mihi stimu-
lus carnis mee. angelus satanę. ut me co-
laphizet. Propter quod ter dñm rogavi.
ut discederet a me. et dixit mihi. sufficit
tibi gratia mea. Nam uirtus. in infirmita-
te perficitur. Libenter igitur gloriabor.

in infirmitatib; meis. ut inhabitet

in me uirtus xpi. **E V S C O M L V C.**

IN ILLO TEM P. **C**um turba
plurima conueniret ad ihm. usq; fructu
afferet in pacientia. **F R. II.**

L E C I S A I A E P P H.

IN DIEBUS ILLIS.

Dixit isaias propheta. **C**onuesti
mini filii reuerentes. dicit dñs. quia ego
uir uester. **E**t assumam uos unūdecim milia
te. et duos decognatione. et introducam
uos in sion. et dabo uobis pastores iuxta cor
meum. et pascunt uos scientia et doctri
na. **C**umq; multiplicati fueritis. et in
creueritis in terra in dieb; illis ait dñs.
non dicent ultra Arca testamenti dñi.

neq; ascendet super cor. neq; recordabunt²
illius. nec uisitabitur. nec fiet ultra. In
tempore illo uocabunt hierusalē solum
dñi. et congregabunt² ad eā omnes gentes
in nomine dñi. in hierusalē. et non ambu
labunt post prauitatē cordis sui pessimi.
Ait dñs omps.

FR · III ·

A D R O M A N O S.

FRS. **N**olo uos ignorare. quia sepe
proposui uenire ad uos. et prohibitus su
usq; adhuc. ut aliquē fructū habeā in
uobis. sicut et in ceteris gentib; . grecis et
barbaris. sapientibus et insipientib; . debi
tor sum. ita quod in me promptū ē
et uobis qui romē estis euangelizare.
Non enim erubesco euangelii. Uistis

enim dī est. in salutē omni credenti. iudeo
primū et greco. Iusticia enim dī in eo reue
labitur. ex fide in fidē. sicut scriptū ē.

Iustus autē ex fide uiuit. in xpō ihū dño

nro. FR. III. LEC ISAIE PPH.

HAEC DICTO N S

Populus ad iracundiā prouocans ē.
et filii mendaces. filii nolentes audire legē
dñi. Quid dicunt uidentib; nolite uide
re. et aspicientib; nolite aspicere. Nobis
ea quę recta sunt loquimini. nobis pla
centia uidete nobis errores. Auferte a
me uia. declinate a me semitā. cesset a
facie nrā scs isrl. Propterea. haec dicit
dñs scs isrl. Pro eo quod reprobastis
uerbum hoc. et sperastis in calumniā et

tumultu. et innixi estis super eo. propterea erit uobis iniquitas haec. sicut interruptio cadens. et requisita in muro excelso. quoniam subito dum non sperastis ueniet contritio eius. et comminuetur sicut conteritur lingua figuli. contritione per ualida. Et non inuenietur de fragmentis eius testa. in qua postetur igniculus de incendio. aut hauriatur paru[m] aque de fouea. quia haec dicit dominus deus sanctus israel. Si reuestimini et quiescatis. salui eritis. **E V**

I N ILLO TEM P. **S C D M M A R C.**

CAP. L

E xiens ihc denaui uidit turbam multam usque quinq[ue] milia uiro[rum] **F R . V .**

I L E C I S A I A E A P P H .
N O T E B U S I L L I S .

bit domus iuda ad domū isrl̄. et ueni-
ent simul de terra aquilonis. ad terrā quā
dedit patrib; ur̄is. Ego aut̄ dixi. Quo-
modo ponam te in filiis. et tribuā tibi ter-
ram desiderabile. hereditatē p̄clarā exer-
cituū gentiū. et dixi. Patrē uocabis
me. et post me ingredi n̄ cessabis. Sed
quomodo si contēnat mulier amatorē
suum. sic contempsit me domus isrl̄. dīc-
t̄ dñs. Vox in uis audita ē. ploratus et
ululatus filiorū isrl̄. qm̄ iniquā fecerunt
uiā suā. oblit̄ sunt dñi dī sui. Conuer-
tini filii reuertentes. et sanabo auersiones
ur̄as. Ecce nos uenimus ad te. tu enim
es. dñs dī nr̄.

FR. VI.

LECEZECHIEL APH.

HAEC DICIT D^{NS}. **C**onuertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris. et non erit uobis in ruinam iniquitas. Proicite a uobis omnes preuaricationes uestras. in quibus preuaricati estis. et facite uobis cor nouum. et spiritum nouum. Et quare moriemini domus israel. quia nolo mortem morientis dicit dominus deus. reuertimini et uiuite. Dicit dominus. omnipotens. **EV SCDM MATH.**

IN ILLO TEM^{PO}. **U**espere autem facto. usque quinq; milia uiro^{rum} **SABBATO. LEC.**

DANIEL ET. PPH.
IN DIEBUS ILLIS. **P**roposuit daniel in corde suo ne pollueretur.

cap. c

de mensa regis. neq; de uino potus eius.
Et rogauit eunuchoru ppositu. ne con-
taminaretur. Dedit aut dñs daniheli
gratia et misericordia in conspectu prin-
cipis eunuchoru. et ait princeps eunu-
choru ad danihelē. Timeo ego dominū
meū regē. qui constituit uobis cibum
et potum. Qui si uiderit uultus uros
macilentiores preceteris adulescentib; co-
euis uris. condemnabit caput meum
regi. et dixit danihel ad manasar. que
constituera princeps eunuchoru super
danihel et annaniā. misahel. et azariā.
Tempta nos obsecro seruo tuos dies;
decē. et dentur nobis legumina ad ue-
scendū. et aqua ad bibendū. et contem-

plare uultus nros. et uultus puerorum
qui uescuntur cibo regio. et sicut uide
ris facies cum seruis tuis. Quia audito
sermone huiusmodi. temptauit eos
dieb; decē. Post dies autē decē. appa
ruerunt uultus eorū meliores et corpora
lentiores. prae comib; pueris. qui uescaban
tur cibo regio. Porro manasar tolle
ba cibaria. et uinum potus eorū. dabatq;
eis legumina. Pueris autē his dedit dñs
scientiam et disciplinā. in omni libro
et sapientia. **E V S C D M M A R C.**

IN ILLO TEMP. **E**gressus est
ihc ad mare. usq; non ueni uocare iustos
sed peccatores. **D O M I N**

Q V I N Q U A G E S I M A.

A D C O R I N T H I O S.

FR S. Si linguis hominū loquar et angelorū. caritatē aut non habeam. factus sum udud .es sonans. aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiā et nouerim misteria omnia. et omēm scientiā et habuero omnē fidē. ita ut montes transferā. caritatē aut non habuero. nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeā. caritatē aut non habuero. nihil mihi prode. Caritas patiens. est. benigna ē. Caritas non emulatur. non agit pperā. non inflatur. non ē ambitiosa. non querit quę sua sunt. Non irritatur. non cogi

tat malum. non gaudet super iniqui-
tate. congaudet autē ueritati. Omnia
suffert. omnia credit. omnia sperat. omnia
sustinet. caritas nunquā excidit. Siue
prophetie euacuabuntur. siue lingue
cessabunt. siue scientia destruetur. Ex
parte enim cognoscimus. et ex parte pro-
phetamus. Cum autē uenerit quod p-
fectum ē. euacuabitur. quod ex parte ē.
Cum enim paruulus. loquebar ut paruus.
sapiebam ut paruulus. cogitabam ut paruus.
Quando autē factus sum uir. euacuauique
erant paruuli. Uidemus nunc in enig-
mate. tunc autē facie ad faciē. Nunc
cognosco ex parte. tunc autē cognoscam.
sicut et cognitus sum. Nunc autē manet.

fides. spes. caritas. tria haec. Maior

aut. his ē caritas. E N S C D M

I N I L L O T E M P. L N C A.

Assumpsit ihc xii discipulos suos. usq;
omīs plebs ut uidit dedit laudē dō

F R S E C V D A. L E C

I E R E M I E P P H.
H A E C D I C I T D N S.

Conuestimini filii reuerentes. et sa
nabo auersiones uras. E cce nos uenimus
ad te. tu enim es dñs dñs nr̄. Ueremenda
ces erant colles. multitudo montium
uere in dño dō nr̄o salus isrl̄. Confusio
comedit labore patrū nr̄orū. Ab adules
centia nr̄a. greges eorum. et armenta
eorū. filios eorum et filias earū. Dor

miemus inconfusione nr̃a. et operiet
nos ignominia nr̃a. qm̃ dño dō nr̃o pecca
uimus. nos et patres nr̃i. Ab adulescentia nr̃a
usq; ad hanc diē. et non audiuimus uocē
dñi dī nr̃i. Si conuerteris isrl̃ ait dñs. ad
me conuestere. Si abstuleris offendicula
tua a facie mea. non commoueberis.

Et iurabis uiuit dñs in ueritate. et in iu
dicio. et in iusticia. et benedicent eū gen
tes. ipsumq; laudabunt. Haec enim
dicit dñs uiro iuda. et hierusalē. Noua
te uobis nouale. et noli te serere super
spinas. Circumcidimini dño. et auferte
preputia cordiū ur̃orū. uiri iuda et ha
bitatores hierusalē. Ne forte egrediatur
ut ignis indignatio mea. et succendatur.

et non sit qui extinguat. propter maliti-
am cogitationum urarum. Ait dominus omnipotens

FER III. LIC HIEREMIAE PROPH

HAE C D I C I T D N S
Clama ad me. et exaudia te. et ad-
nuntiabo tibi grandia et firma que nes-
cis. Quia haec dicit dominus deus israel. addo
mos urbis eius. et addo mos urbis regis iu-
da. que destructe sunt. et ad munitiones
et ad gladium uenientium. ut dimicent cum
chaldeis. et impleant eas cadaueribus ho-
minum. quos percussi in furore meo. et
in indignatione mea. Abscondens faciem
meam a ciuitate hac. propter omnem maliti-
am eorum. Ecce ego obducam^a cicatrice
et sanitate. et curabo eos. et reuelabo illis

deprecationē pacis et ueritatis. Et con-
uertā conuersionē iuda. et conuersionē
hierusalē. et edificabo eos sicut a principio.

Et emundabo eos ab omī iniquitate sua.
in qua peccauerunt mihi. et propiti-
us ero cunctis iniquitatib; eorū. in quib;
deliquerunt mihi. et spreuerunt me.

Et erit mihi in nomen. et in gaudiū. et in
laudē. et in exultationē cunctis gentib;
terrē. quę audierint omīa bona quę
ego factururus sum eis. Et pauebunt et
turbabuntur in uniuersis bonis. et in
omī pace quā ego faciā. Ait dñs omps.

FER III. LEC IOHEL PROPH

AEC DICTT DñS DñS

Conuesti mini ad me in toto corde uro.

in ieiunio et fletu. et in planctu. et scindi
te corda ur̃a. et non uestimenta ur̃a. Et
conuestimini ad dñm dñm ur̃m. quia
benignus et misericors ē. patiens et
multum misericors. et prestabilis super
malicia. Quis scit si conuertat². et ig
noscat dñs. et relinquat post se benedictio
nē. sacrificiū et libamen. dño dñrō.

Canite tuba in sion. sc̃ificate ieiuniū. uo
cate coetū. congregate populum. sc̃ifi
cate ecclesiā. coadunate senes. congrega
te paruulos. et sugentes ubera. Egredi
atur sponsus decubili suo. et sponsa de
thalamo suo. Inter uestibulū et altare.
plorabunt sacerdotes. ministri dñi et di
cent. Parce dñe parce populo tuo. et ne

des hereditatē tuā in obprobriū. ut domi-
nentur eis nationes. Quare dicunt in
populis. ubi ē dñs. Zelatus ē dñs
terrā suā. et perierit populus suo. Et re-
spondit dñs. et dixit populo suo. Ecce
ego mittā uobis frumentū. et uinū et oleū.
et replebimini eis. Et non dabo uos ul-
tra obprobrium in gentib; . Dicit dñs
om̃ps. **E N S C D M M A T H.**

IN ILLO TEM P. dixit ih̃c discip suis

CAP. 5

Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritae tristes
usq; ibi ē et cor tuum **FR. V**

IL E C I S A I A E P P H.

AE C D I C I T D N S D S

Clama ne cesses. quasi tuba exalta
uocē tuā. et adnuntia populo meo pec

scelera eorum. et domui iacob peccata
eorum. Me etenim dedie indie querunt.
et scire uias meas uolunt. quasi gens que
iusticiam fecerit. et que iudiciū dī sui non
dereliquerit. Rogant mei iudicia iusticie.
appropinquare dō uolunt. Quare ie
iunauimus et non aspexisti. humiliau
imus animas nrās et nescisti. Ecce in
die ieiunij uiri inuenitur uoluntas urā.
et omnes debitores urōs repetitis. Ecce
ad lites et contentiones ieiunatis. et per
cutitis pugno impie. Nolite ieiunare
sicut usq; ad hanc diē. ut audiatur in
excelsis clamor uester. Nunquid tale ē
ieiuniū quod elegi. per diē affligere ho
minē animā suam. nunquid contor

qu

quere quasi circulum caput suum. et
saccum et cinerem sternere. Nunquid
istud uocauit ieiunium. et die acceptabi
lem domino. Nonne hoc est magis ieiunium
quod elegi. Dissolue colligationes impi
etatis. Solue fasciculos deprimentes. Di
mitte eos qui con fracti sunt liberos. et
omne onus dirumpe. Frange esuri
enti panem tuum. et egenos uagosque induc
in domum tuam. Cum uideris nudum
operieum. et carnem tuam ne despexeris.
Tunc erumpet quasi mane lumentuum. et
longe uenient. et ecce illi ab aquilone
et mari. et isti de terra australi. Lauda
te celi et exulta terra. iubilate mon
tes laudem. quia consolatus est dominus popu
lum suum. et pauperum suorum mi
serabitur. Et dixit sion. Dereliquit
me dominus. et dominus oblitus est mei. Nunquid
obliuisci potest mulier infantem suum.

ut non misereatur filio uteri sui.

Et si illa oblita fuerit. ego tamen non
obliuiscar tui. **D**icit dñs omñps **UBI**

SVP. LEC ISAIÆ & PH

Haec dicit dñs. Omnes sitientes. req̃r
retro in dom. u. post epiphania

EV SC DM IOH

I^{xxxvi.}**N**ILLO TEM P. **D**icebat ih̃c
urbis. Ego sum lux mundi. usq;
quia nondū uenerat hora eius

DOM. V. IN QVAD RAG

LEC AD HEBREOS

F^{RS}**R**S. **X**p̃c assistens pontifex fu
turo rum bonorum per amplius et per
fectius tabernaculū non manu factū

idē non huius creationis. Neq; per san-
guinem hircorum aut vitulorū. sed p
propriū sanguine. introiit semel in
scā. aeterna redemptione inuicta. Si
enim sanguis hircorum et taurorum et
cinis vitule aspersus inquinatos scificat
ad emundationē carnis. quantomagis
sanguis xpi qui per semetipsum. spm scm
obtulit immaculatum dō. emunda-
uit conscientia nram ab operibus mor-
tuis ad seruandū dō uiuenti. Et ideo
noui testamenti mediator ē. ut mor-
te intercedente in redemptionē earū
preuaricationū que erant sub priore
testamento. re promissione accipiant

qui uocati sunt eterne hereditatis

In xpo ihu dno nro

E V S C D M I O H

xxxviii.

IN ILLO TEM P. Dicebat ihc
turbis et principib; sacerdotu. Quis
ex uobis arguet me de peccato. usq; ihc aut
abscondit se et exiit de templo. FR. II.

L E C I O N E P P H

IN DIE BUS ILLIS. Factum
e uerbum dni ad iona propheta secun
do dicens. Surge et uade ad nineuen
ciuitate magna. et predica in ea predi
catione. qua ego loquar ad te. Et sur
rexit ionas et abiit in nineuen. iuxta
uerbum dni. Et nineue erat ciuitas

magna. itinere dierum trium. Et
cepit ionas introire in ciuitate. tunc
redierit unius. et clamauit et dixit. Ad
huc quadraginta dies. et nineue subuer
tetur. Et crediderunt uiri nineue in
dno. et predicauerunt ieiuniū. et uelati
sunt saccis a maiore usq; ad minore.
Et peruenit uerbum ad regē nineue. et
surrexit de folio suo. et abiicit uestim
tum suum a se. et indutus ē sacco. et sedit
in cinere. et clamauit et dixit. In nine
ue ex ore regis. et principū eius dicens.
Homines et iumenta et boues et pecora. n
gustent quicquā. nec pascantur. et a
quā non bibant. Et operiantur saccis

homines. et iumenta clament ad dñm
in fortitudine. Et conuertantur uiri
a uia sua mala. et ab iniquitate quę
in manibus eorum. Quis scit si conuer
tatur et cognoscat dñs. et reuertatur a furore
ire sue et non peribimus. et uidit dñs o
pera eorum. quia conuersi sunt de uia
sua mala. et misctus ē populo suo.

dn̄s dñr E V S C D M I O H

IN ILLO TEM P. Miserrunt
principes et pharisei ministros usq; quę
accepturi erant credentes in eum.

FR. III. LEC DANIHET APH
IN DIEBUS ILLIS. Congre
gati sunt babiloni ad regē. et dixerunt

ei. Tradenobis danielem. qui bel destruxit
et draconem interfecit. Alioquin. interficiemus te et domum tuam. Uidit ergo
rex quod irruerent in eum uchementiter.
et necessitate compulsus. tradidit eis danielem.
Qui miserunt eum in lacum leonum.
et erat ibi sex diebus. Porro
in lacu erant septem leones. et dabantur
eis cotidie duo corpora. et due oues. et
tunc non data sunt eis. ut deuorarent.
danielem. Erat autem abacuc propheta
in iudea. et ipse coxerat pulmentum. et
in triuerat panes in aluo colo. et ibat in
capum. ut ferret messoribus. Dixitque
angelus domini ad abacuc. Fer prandium

quod habes in babilone daniheli. qui est
in laculeonum. Et dixit abacuc. Domine.
babilone non uidi. et lacum nescio.

Et apprehendit eum angelus domini. in uer
tice eius. et portauit eum capillo capi
tis sui posuitque eum in babilone super
lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit
abacuc dicens. Danihel seruedi. tol
le prandium quod misit deus. Et ait
danihel. Recordatus enim es mei
domine deus meus. et non dereliquisti dili
gentes te. Surgensque danihel comedit.
Porro angelus domini. restituit abacuc con
festum in locum suum. Venit ergo rex
die septimo. ut lugeret danihel. et

uenit ad lacum et introspexit. Et ecce
daniel sedens. in medio leonum. Et
exclamauit rex uocem magna dicens.
Magnus est dominus deus danielis. Et extraxit
eum de lacu. Illos autem qui perditionis
eius causa fuerant intromisit in lacu.
et deuorati sunt in momento coram eo.
Tunc rex ait. Paueant habitantes in
uniuersa terra dominum danielis. quia
ipse est liberator et saluator. faciens sig
na et mirabilia in celo et in terra. Qui
liberauit danihelem. de lacu leonum.

E N D S C O M I O H .

IN ILLO TEMP. Ambulabat CAP. XL
ihc in galileam. usque propter meum

IN OTIBUS ILLIS.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum. non mentiemini. nec decipiat unusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo. nec pollues nomen domini tui. ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo. nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercennarii apud te. usque mane. Non maledices surdo. nec coram ecco pones offendiculum. sed timebis dominum tuum quia ego dominus. Non facies quod iniquum est. nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis. nec

honores uultu potentis. Iuste iudica
proximo tuo. Non eris criminator.
et susurro in populis. Non stabis contra
sanguinem proximi tui. ego dñs. Non
oderis fratrem tuum. in corde tuo. sed
publice argue eum. ne habeas super illo
peccatum. Non queras ultionem. nec me-
mor eris iniurie ciuium tuorum. Dili-
ges amicum tuum. sicut teipsum. Ego
dñs. leges meas custodite. Ego enim
sum. dñs. dñs. dñs. **E V S D M**

IN ILLO TEMP **I O H.** **cap.**
Facta sunt enenia. usq; ut cognoscatis

et credatis quia in me cepit. et ego in patre.
I**F R V L E C I S A I E P P H**
IN DIEBUS ILLIS. **D**ixit

isaías propheta. Vos qui sacerdotes dñi
uocabimini. ministri dñi dicitur
uobis. Fossitudine gentium comeditis.
et in gloria eorum superbiatis. Pro con
fusione ura duplici et rubore. laudabit
partem eorum. Propter hoc in terra sua
duplicia possidebunt. leticia sempiterna
erit eis. Quia ego dñs diligens iudiciu
et odio habens rapinam in holocausto. Et
dabo opus eorum in ueritate. et sedus per
petuum feriam eis. Et scietur in gentibus;
semen eorum. et germen eorum in medio
populorum. Omnes qui uiderint eos.
cognoscent eos. quia isti sunt semen.
cui benedixit dñs. Amen dñs omnipotens.

I V . S C D M . L V C A .

IN ILLO TEM P. **R**ogabat ih̄m **cap. lxx**

quidā phariseus ut manducaret cū illo
usq; uade in pace **FR. VI. LEC.**

HIEREMIE PPH.

IN DIEBUS ILLIS. **D**ixit hie
remias. **O**ne. om̄s qui te derelinquunt.

confundentur. **R**ecedentes a te in terra
scribentur. qm̄ dereliquerunt uenā a
quarum fontem uiuentium dñm. **S**a
na me dñe et sanabor. saluū me fac et

saluus ero. qm̄ laus mea tu es. **E**cce ipsi
dicunt ad me. ubi ē uerbum dñi. ueniat.

Et ego non sum turbatus. te pastore sequens.
et diem hominis non desideravi.

Tu scis quod egressū ē de labiis meis. rectū
fuit in conspectu tuo. **N**on sis mihi tu

formidinis. **S**pes mea^m indie afflictionis

Confundantur qui me persequuntur. et non
confundar ego. Paucant illi. et non pauea
ego. Induc super eos diem afflictionis. et
duplici contritione conter eos dñs n̄r

I U S C D M. I O H.

I^{xx.iii.}**N** ILLO T E M P **C**ollegerant
pontifices et pharisei conciliū. usq; et
ibi morabatur cum discipulis suis.

H **S A B B. L E C I S A I E A P H**
A E C D I C I T D N S D S.
creans te iacob. et formans te isrl. Noli
timere. quia redemite. et uocaui nomine
tuo. meus es tu. Cum transieris per aquas
tecum ero. et flumina non operient te.
Cum ambulaueris in igne non combu

reris. et flamma non ardebit in te. Quia
ego dñs dñs tuus sc̄s isrl̄. saluator tuus.
dedi propitiationē tuā aeḡptū. aethi
opia. et saba pro te. Ex quo honorabilis
factus es. in oculis meis. et gloriosus. ego
dilexite. Nolite timere. qm̄ tecū ego sum.

Ab oriente adduca sementiū. et ab occiden
te congregabote. Dicam aquiloni da et
austro nolite prohibere. **A**ffer filios meos
de longinquo. et filias meas ab extremis
terre. Et omne qui inuocat nomen meū
in gloria mea. creaui eū. formaui eū. et
feci eū. **E**due foras populū cecū et oculos
habentē. surdū. et aures eis sunt. Om̄s
gentes congregatę sunt simul. et collectę
sunt tribus. Quis inuobis adnuntiat

istud. etque primasunt audire nos faciat.
Dent testes eorum et iustificent². et audi
ant et dicant. Vere uos testes mei dicit
dn̄s. et seruus meus quē elegi. Ut sciatis
et credatis mihi. et intellegatis quia ego ipse
sum. Ante me non ē formatus d̄s. et
post me non erit. Ego sum ego sū dn̄s.
et non ē absq; me saluator. Ego adnū
tiaui et saluaui. auditum feci et non fuit
in uobis alienus. Vos testes mei dicit dn̄s.
et ego d̄s ab initio. Ego ipse. et nē qui
de manu mea eruat. Operabor. et quis
auertet illud. Ait dn̄s om̄ps.

E V S C D M I O H.

I^{III.} **N**ILLO T⁺EMP. **S**ubleuatis
oculis^{inc} in celū. usq; in ipsissit et ego in ipsis

D O M I N P A L M I S .

L E C . E P . B . P A V L I A P T I .

A D P H I L I P P E N S

F R S . - **H**oc enim sentite in uobis .
quod et in xpo ihu . Quicum in formā
dei eet . non rapinā arbitratus ē ee se ae
qualem dō . sed semetipsum exinaniuit .
formā serui accipiens . in similitudinē
hominū factus . et habitu inuentus ut ho
mo . Humiliauit semetipsum . factus
obediens usq; ad mortē . mortē aut crucis
P ropter quod et dē illū exaltauit . et donauit
illi nomen quod ē super omne nomē . Ut
in nomine ihu omne genu flectatur . ce
lestium . terrestriu . et infernorum . Et
omnis lingua confiteatur . quia dñs ihc

xpc. in gloria est dī patris

PASSIO SCDM MATH.

IN ILLO TEMP

dix̄ ihc̄ discip̄ suis. **S**citis quia postbi
duū pascha fiet. usq; signantes lapidem
cum custodibus

FR. 11.

LEC̄ ISAIAE PP̄H.

IN DIEBUS ILLIS. **D**ixit
isaias. Dñs dñs aperuit mihi aure.

ego aut̄ non contradico retrorsum n̄ abii

Corpus meum dedi percutientib; . et gress
meos uellentib; . Faciē meā non auerti
ab increpantib; . et conspuentib; . Dñs
dñs auxiliator meus. et ideo non sū confu
sus . Ideo posui faciē meā ut petra
durissima . et scio qm̄ non confundar

Iusta ē qui iustificat me. - quis contra
dicet mihi. - stemus simul. - quis ē ad
uersarius meus. - accedat ad me. Ecce
dñs dñs auxiliator meus. - quis ē qui con
dempnet me. - ecce omnes quasi uesti
mentum conterent². - tinea comedet
eos. Quis ex uobis timens dñm. audi
ens uocē serui sui. - quis ambulabit in
tenebris. et non ē lumen ei. - speret in
nomine dñi. - et innitatur in dño dō
suo. E V S C D M I O H.

IN ILLO TEMP. **A**ntesex dies
pasche. uenit ihc bethaniam. usq; dilexe
runt enī glām hominū magis q̄ glām dī

I F A. III. L E C I E R E M I E & P H.
I N D I E B U S I L L I S. **D**ixit

CAP.

hieremias. Dñe tu demonstrasti mihi et
cognoui. tu ostendisti mihi studia eoz.
Et ego quasi agnus mansuetus qui portat
ad uictimā. et non cognoui quia cogita
uerunt super me consilia dicentes.

Mittamus lignum in pane eius. et eradamus
eum de terra uiuentiu. et nomen eius
non memoret² amplius. Tu autē dñe
sabaoth qui iudicas iuste. et probas re
nes et corda. uideam ultionem ex eis.

Tibi enim reuelavi causam meam. dñe

Ids ms. **UBI SUP. LEC LIB SAP**
IN DIEB; ILLIS.

Dixerunt impii iudei apud semetip
sos. Venite circumueniamus iustū.
quoniā inutilis ē nobis. et contrarius ē

operib; nr̄is. et improperat nobis pecca-
ta legis. et diffamat in nos peccata discipli-
ne nr̄e. Promittit se scientiā dī habere.
et filium dī se nominat. Factus est nob
in translatione cogitationum animarū
nr̄arum. grauis est nobis etiam ad iuden-
dum. qm̄ dissimilis est aliis uita illius. et
immutate sunt uisus eius. Tanquā nu-
gaces estimati sumus ab illo. et abstinet
se a uis nr̄is tanquā ab immunditiis.
et preferit nouissima iustorum. et glo-
riatur patrē sedm̄ habere. Uideamus
ergo si sermones illius ueri sunt. et tēp-
temus que uentura sunt illi. et sciemus
que erunt nouissima illius. Si enim
est uere filius dī. suscipiet illum. et

liberabit eum de manu contrariorum

Contumelia et tormento interrogemus
illum. ut sciamus reuerentiam ipsius. et
probemus patientiam eius. Mostetur pi-
sima condemnemus illum. erit enim
respectus ex sermonibus illius. Haec cogi-
tauerunt et errauerunt. excecavit enim
illos malitia corum. Et nescierunt sacra-
menta dei. neque mercedem sperauerunt
iusticie. nec iudicauerunt honorem animarum
sanctarum. Dicit dominus omnipotens

PASSIO SECUNDUM MARCUM.

IN ILLO TEMPORE.

Erat pascha. et sexta postbiduum
usque et ad uoluit lapide ad ostium monumenti

LECTIO ISAIÆ PROPHETÆ. FR. III.



HAEC DICIT Dñs Ds

terre filie sion. ecce saluator uenit
et merces eius cum eo. Quis est iste qui uenit
de edom. tinctis uestib; de bosra. Iste for
mosus in stola sua. gradiens in multitudine
fostitudinis sue. Ego qui loquor
iusticiã. et propugnator sum ad saluan
dum. Quare ergo rubrum est
indumentu tuu. et uestimẽtũ tua sicut
calcantium. in torculari. Torcular
calcaui solus. et de gentib; non est uir mecu
Et aspersus est sanguis eorum super uesti
menta mea. et omnia indumenta mea
inquinaui. Circumspexi et non erat
auxiliator. quesii et non fuit qui adiu
uaret. et saluauit michi brachium meum.

Miserationum dñi recordabor. laudem
adnuntiabo super omnibus que reddidit
nobis dñs dñs nr̃. VBI SUPRA

I L E C̃ I S A I E P P H.
I N O T E B U S I L L I S.

Dixit isaías. Dñe quis credidit audi
tui nr̃. et brachiũ dñi cui reuelatũ ẽ.

E t ascende  t. sicut uirgultũ corã eo.
et sicut ra  dix de terra sitiẽti. et non ẽ
species ei neq; decor. Et uidimus eum
et non erat aspectus. et desiderauimus eũ
despectũ et nouissimũ uirorum. uirũ do
lorũ. et scientẽ infirmitatẽ. et quasi abscon
ditus uultus eius. et despectus. unde nec
reputauimus eum. Vere languores nr̃s
ipse tulit. et dolores nr̃s ipse posuit.

Et nos putauimus eum quasi leprosum et
percussu ad o. et humiliatu. Ipse autem
uulneratus e propter iniquitates nras.
Attritus e propter scelera nra. Discipli
na pacis nre super eum. et diuore eius sana
ti sumus. Omnes nos quasi oues errauimus.
et unus quisq; in uia suam declinauit
et dñs posuit in eo iniquitate omniu nro
rum. Oblatus e quia ipse uoluit. et n̄
aperuit os suu. Sicut ouis ad occisionē
duceatur. et quasi agnus corā tondente se
obmutescet. et non aperiet os suu. De
angustia et de iudicio sublatu e. genera
tionē eius quis enarrabit. quia abscisus
e de terra uiuentiu. Propter scelus po
puli mei percussu e. et dabit impios pro

sepultura . et diuitem pro morte sua eo
quod iniquitate non fecerit . nec dolus
fuerit in ore eius . et dñs uoluit conterere
eum in infirmitate . Si posuerit pro pec
cata anima sua . uidebit semen longeuū
et uoluntas dñi in manu eius dirigetur
pro eo quod tradidit in mortē anima sua .
et cum sceleratis reputatus ē . Et ipse pec
catum multorum tulit . et pro transgres
sorib; orauit . ut non perirent . Dicit
dñs om̃ps .

PASSIO SCDM LUCAM.

IN ILLO TEMP.

Appropinquabat dies festus azimo
rum . usq; in quo nondū quisquā positus
fuerat .

A D C O R I N T H I O S.

FR S. **C**onuenientib; uobis in unū.
iam non ē dominicam cenā manducare.

Unusquisq; enim. suā cenā presumit ad
manducandū. Et aliusquidē esurit. ali
us uero ebrius ē. Nunquid domos ponē
betis ad manducandum et bibendū. Aut
edesiā dī contemnitis. et confunditis eos
qui non habent. quid dicā uobis.

Laudō uos. in hoc non laudo. Ego enim
accepi a dño quod et tradidi uobis. qm̄ dñs
ihc in qua nocte tradebatur. accepit panē.
grās agens. fregit et dixit. Hoc est corp⁹
meum quod pro uobis tradetur. hoc fa
cite in meā commemorationē. Similiter
et calicem. postquā cenauit dicens Hic

calix nouum testamentū ē in meo sanguine
hoc facite quotiescumq; bibitis in meam
commemorationē. Quotiescumq; enim
manducabitis panem hunc et calicē bibetis.
mortem dñi adnuntiabitis donec ueniat.
Itaq; quicumq; manducauerit ^{panē} uel biberit
calicē dñi indigne. reus erit corporis et
sanguinis dñi. Probet autē seipsū homo.
et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui
enim manducat et bibit indigne. iudiciū
sibi manducat et bibit. non diiudicans cor-
pus dñi. Ideo inter uos multi infirmi et in-
becilles. et dormiunt multi. Quod si uos
metipso^{di}s iudicarem²us. non utiq; iudicarem²
Dum iudicamur autē a dño corripim². ut
non cum hoc mundo damnemur.

IN ILLO TEMP. **A**ntedion
festum pasche. usq; ita et uos faciatis

CAP. CC

Iſā VI. **L**EC O S I E P P H.

LEC DICIT D N S D S

In tribulatione sua mane consurgent ad
me. Venite et reuestamur ad dñm.

quia ipse cepit et sanabit nos. percutiet
et curabit nos. Uiuificabit nos post

duos dies. in die tertia suscitabit nos. et

uiuemus in conspectu eius. sciemus seq;

murq; ut cognoscamus dñm. Quasi di

luculo preparatus ē egressus eius. et ueniet

quasi ymb nobis temporaneus et serotinus

terre. Quid faciā tibi effraim. quid faciā

tibi iuda. misericordia urā quasi nubes

matutina. et quasi ros mane pertransiens

Propter hoc dolui in prophetis. occidi eos in
uerbis oris mei. et iudicia tua quasi lux
egredientur. Quia misericordia uolui
et non sacrificium. et scientiam dei plus quam
holocaustum.

L E C L I B E X O D I

I N D I E B U S I L L I S .

Dixit dominus ad moysen et aaron in terra
aegypti. Mensis iste uobis principium
mensium primus erit in mensibus anni.

Loquimini ad uniuersum eorum filiorum
israel. et dicite eis. Decima die mensis
huius. tollat unusquisque agnū. per fa-
milias et domos suas. Si autem minor
est numerus ut sufficere possit ad edendum

agnum. Assumet uicinum suum qui iunctus
ē domui eius. iuxta numerū animarū que
sufficere possint ad esum agni. Errit autē
agnus absq; macula. masculus anniculus.
Iuxta quem ritum tolletis echedū. et serua
bitis eum usq; ad quartū decimū diē men
sis huius. immolabitq; eum. uniuersa
multitudo filiorū isrl ad uesperū. Et su
ment de sanguine. ac ponent super utrūq;
postē. ⁊ in super luminārib; domorū. in
quib; comedent illum. Et edent carnes
nocte illa assas igni. ⁊ azimos panes cū
lactucis agrestib;. Non comedetis ex eo
crudum quid. nec coctū aqua. sed assum
tantum igni. Caput cum pedib; eius. et
intestinis uorabitis. nec remanebit ex eo

quicquā usq; mane. Siquid residuum
fuerit. igni comburetis. Sic autē comedetis
illum. Renes uros accingetis. calciamenta
habebitis in pedib; . tenentes baculos manib;
et comedetis festinantes. Est enim phase.
idē transitus dñi.

PASSIO SCDM IOH.

IN ILLO TEMP.

Egressus ē ihc cum discipulis suis trans
torrentē cedron. usq; posuerunt ihm

INCIP LECT IN SABB SCÖ

LEC LIB GENESIS.

IN PRINCIPIO. CREAUIT
ds celum et terram. Terra autē erat inanis
et uacua. et tenebre super faciē abyssi. et
sp̄s dī ferebatur super aquas. Dixitq; ds.

Fiat lux. Et facta est lux. Et uidit deus lucē
quod esset bona. et diuisit lucē a tenebris.
Appellauitq; lucē diem. a tenebras noctem.

Factūq; ē uespere. et mane. dies unus. Dixit
quoq; deus. Fiat firmamentū in medio aqua-
rum. et diuidat aquas ab aquis. Et fecit
deus firmamentū. diuisitq; aquas quę e-
rant sub firmamento. ab his quę erant
super firmamentū. Et factum ē ita.

Uocauitq; deus firmamentū celū. Et factū
ē uespere et mane. dies secundus. Dixit
uero deus. Congregentur aque quę sub ce-
lo sunt. in locum unum. et appareat
arida. factumq; ē ita. Et uocauit deus
aridam terram. congregationesq; aquarū
appellauit maria. Et uidit deus quod esset

bonum. et ait. Germinet terra herba
uiurentem. et facientem semen. et lignum
pomiferum faciens fructum iuxta genus
suum. cuius semen in semetipso sit super
terram. Et factum est ita. Et protulit
terra herbam uiurentem. et afferentem semen
iuxta genus suum. Lignumque faciens
fructum. et habens unumquodque semen
secundum speciem suam. Et uidit deus
quod esset bonum. factumque est uespere.
et mane dies tertius. Dixit autem deus.
Fiant luminaria in firmamento celi.
et diuidant diem a nocte. et sint in signa
et tempora. et dies. et annos. ut luceant in
firmamento celi. et illuminent terram.
Et factum est ita. Fecitque deus duo magna

luminaria. Luminare maius. ut præcet
diei. et luminare minus. ut præcet nocti.
Et stellas. Et posuit eas in firmamento celi
utducerent super terram. et præcerent diei ac
nocti. et diuiderent lucem et tenebras. Et
uidit deus quod esset bonum. et factum est
uespere et mane. dies quartus. Dixit
autem deus. Producant aque reptile anime
uiuentis. et uolatile super terram. sub firma
mento celi. Creauitque deus cete grandia.
et omnem animam uiuentem atque motabi
lem. quam produxerant aque in speci
es suas. et omne uolatile secundum genus
suum. Et uidit deus quod esset bonum.
benedixitque eis dicens. Crescite et multi
plicamini. et replete aquas maris. Auesque

multiplicentur super terrā. Et factum ē
uespere et mane. dies quintus. Dixit
quoq; dñs. Producat terra animā uiuentē
in genere suo. iumenta et reptalia. et besti
as terre secundum species suas. factumq;
est ita. Et fecit dñs bestias terre iuxta spe
es suas. et iumenta et omnia reptalia terre
in genere suo. Et uidit dñs quod ē bonū
et ait. Faciamus hominē ad imaginē
et similitudinē nrām. et presit piscib;
maris. et uolatilib; celi. et bestiis. uniuers
seq; creature. omiq; reptali. quod mo
uetur in terra. Et creauit dñs hominē
ad imaginem suā. Ad imaginē dñi creauit
illum. masculum et feminā creauit eos.
Benedixitq; illis et ait. Crescite et mul

tiplicamini. et replete terrā. et subicite
eam. et dominamini piscib; maris. et uo
latilib; celi. et uniuersis Animantib; que
mouentur super terrā. Dixitq; dñs. Ecce
dedi uobis omnem herbam afferentē semē
super terrā. et uniuersa ligna que habent in
semetipsis sementē generis sui. ut sint
uobis in escā et cunctis Animantib; terre
omniq; uolucris celi. et uniuersis que mo
uentur in terra. et in quib; ē anima uiuas
et habeant ad uescendum. Et factū ē ita.
Uiditq; dñs cuncta que fecit. et erant ualde
bona. Et factum est uespere et mane.
dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et ter
ra. et omnis ornatus eorum. Comple
uitq; dñs diē septimo opus suum quod fe

cerat. et requieuit die septimo. ab uni
uerso opere quod patiarat.


N **L E C L I B G E N E S I S .**
N O E U E R O C U M

quingentorum eet annorum genuit
sem . cham . etiafeth . Cumq; cepissent
homines multiplicari super terrā . et filias
procreassent . uidentes filii dī filias eoz
quod eet pulchre . Acceperunt sibi uxores
res . ex omnib; quas elegerant . Dixit
quoq; dī Non permanebit sps meus in
homine in aeternum quia caro est . eruntq;
dies illius centum uiginti annorū . Si
gantes autē erant super terrā indieb; illis .
Uidens autē dī quod multa malitia hominū
eet in terra . et cuncta cogitatio cordis in

tenta est ad malum omni tempore. peni-
tuit eum quod hominem fecisset inter-
ra. et actus dolore cordis intrinsecus.
et preceaus in futurum. de hoc inquit
hominem quem creavi a facie terre. Ab ho-
mine usque ad animalia. a reptili usque
ad uolucres celi. penitet eum me fecisse
eos. Dixit autem deus ad noe. Finit uniuersa
carnis uenit coram me. repleta est terra
iniquitate a facie eorum. et ego disperdam
eos cum terra. Facti tibi arcam de lignis
leuigatis. mansiunculas in arca facies. et
bitumine linies intrinsecus et extrinsecus.
et sic facies eam. Trecentorum cubitorum
erit longitudo arce. quinquaginta cu-
bitorum latitudo. et triginta cubitorum

Altitudo illius. Fenestrā in arca facies. et
incubito consummabis summitatē eius.
Ostium autē arce pones ex latere deorsū. ce-
nacula et cristega facies in ea. Ecce ego ad-
ducam aquas super terrā. ut interficiā
omnē carnē in qua sps. uitę subter celū
Uniuersā quę interra sunt consummentur.
Ponāq; fędus meum tecum. et ingredieris
Arcam tu et filii tui. vxor tua et uxores
filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis
Animantib; uniuersę carnis bina indu-
ces in arcā ut uiuant tecum. masculini
sexus. et feminini. De uolucib; iuxta
genus suum. et de uimentis in genere suo
et ex omni reptili terre secundū genus
suum. bina de omnib; ingredientur tecū.

ut possint uiuere. Tolles igitur tecum
ex omnibus eis quemandi possunt. et con-
portabis apud te. et erunt tibi tamquam
illis in cubum. Fecit ergo omnia noe
que precepit illi deus. eratque sexcentorum
annorum. quando diluuiaque inunda-
uerunt super terram. Rupti sunt omnes
fontes abyssi magnę. et cataractę celi ap-
tę sunt. et facta est pluuia super terram. qua-
draginta diebus et quadraginta noctibus. In
asticulo die illius ingressus est noe
sem cham et iafeth filius eius. uxor illius et
uxores filiorum eius cum eis in arcam. ipse
et omne animal secundum genus suum
et omne quod mouetur super terram in genere
suo. cunctumque uolatile secundum genus suum

Porro arca ferebatur super aquas. et aque
preualuerunt nimis super terrā. Oportiq;
sunt omnes montes excelsi sub uniuerso
celo. quindecim cubitis altior fuit aqua
super montes quos operuerat. Consumptaq;
ē omīscaro quę mouebatur super terrā.
uolucrū. Animantium. bestiarum. omīūq;
reptilium quę reptant super terrā. Re
mansit autē solus noe. et qui cum eo erant
in arca. Obtinueruntq; aque terras.
centum quinquaginta diebus. Recordatus
ē autē dñs noe. cunctarumq; Animanti
um. et omīum iumentorum quę erant
cum eo in arca. ad  duxitq; spm̄ super ter
ram. et imminutesunt aque. et clausi sunt
fontes abyssi et cā^{te}actē celi. et prohibite

sunt pluuię de celo . reuerseq; sunt aque
de terra . cunctę et redeuntes . Cumq; tran
sissent quadraginta dies . aperiens noe
fenestrā Arce quam fecerat . dimisit coruū
Qui egrediebatur et non reuertebatur . donec
siccarentur aque . super terrā . Emisitq;
columbam postea . ut uideret si iam ces
sasset aque superfaciē terre . Quęcum
non inuenissent ubi requiesceret pes eius .
reuersa ē ad eum in arcam . Aque enim .
erant super uniuersam terram . Exten
ditq; manum . et apprehensam intulit in
Arcam . Expectatis autē ultra septem dieb;
aliis . rursus dimisit columbā ex arca .
Nulla uenit ad eum ad uesperā . portans fra
gum oliuę uirentib; foliis in ore suo . In .

tellexit ergo noe quod cessassent aque sup
terrā. Locutus ē autē dñs ad noe dicens.
Egrede de arca tu et uxor tua. filii tui et
uxores filiorum tuorum. tecum. Cuncta
animantia que sunt apud te ex omni car
ne tam in uolatilib; quā in bestis. et uni
uersis reptilib; que reptant super terrā
educte cū. et ingredimini super terrā. cresci
te et multiplicamini sup eam. Egressus
est ergo noe et filii eius. uxor illius. et ux
ores filiorū eius cū eo. Sed et omnia ani
mantia. iumenta. et reptalia que reptant
super terrā secundum genus suū. de arca
egressa sunt. Aedificauit autē noe altare
dñō. et tollens de cunctis pecorib; et uoluc
bus mundis. obtulit holocausta super altare

Odoratusq; est dñs odorē suauitatis.

I L E C L I B G E N E S I S .

I N D I E B U S I L L I S .

Temptauit dñs abraham. et dixit ad eum.

Abraham. Ille respondit. Adsum.

At illi. Tolle filium tuum unigenitū quē diligis isaac. et uade in terrā uisionis. atq;

offer eum ibi in holocaustum super unum

montium quem monstraui tibi. Igitur


abraham de nocte consurgens strauit asinū

suum. ducens secum duos iuuenes. et

isaac filium suum. Cumq; concidisset

ligna in holocaustum. abiit ad locum quē

preceperat ei dñs. Die autē

eleuatis oculis uidit locū  procū. et

dixitq; ad pueros suos. Expectate hic.

cum asino. ego et puer illuc usque properan-
tes. postquam adorauerimus. reuertem^{ur}
ad uos. Tulit quoque ligna holocausti. et
imposuit super isaac filium suum. Ipse
uero. portabat in manibus ignem et gladium.
Cumque duo pergerent simul. dixit isaac
patri suo. pater mi. **A** tunc respondit
Quid uis fili. ecce inquit ignis. et ligna.
ubi est uictima holocausti. **D**ixit abra-
ham. **D**ominus prouidebit sibi uictimam holo-
causti filii mei. Pergebant ergo pariter.
ueneruntque ad locum quem ostenderat eis
In quo edificauit altare. et desuper ligna
composuit. **C**umque colligasset isaac fili-
um suum. posuit eum in altare super
struem lignorum. **E**xtendensque manum.

Arripuit gladium. ut immolaret filiū.

Et ecce angelus dñi. de celo clamauit dicens.

Abraham. abraham. Qui respondit ad
sum. Dixitq; ei. Non extendas manum tuā
super puerum. nec facies illi quicquā.

Nunc cognoui quod timeas dñm. et non pe-
peris filio tuo unigenito propter me. Le-
uauit abraham oculos. uiditq; post tergū
arietem inter uepres herentē cornibus.

Quem assumens obtulit ^tolocauitq; pro filio.
appellauitq; nomen loci illius. dñs uidet.

Unde usq; hodie dicitur. in monte dñs uide-
bit. Vocauit aut angelus dñi abrahā se-
cundo dicens. de celo. Per me metipsum iu-
raui dicit dñs. quia fecisti rem hanc et non
pepercisti filio tuo unigenito. benedicā

tibi. et multiplicabo sementuum sicut
stellas celi. et dedit arenā quę ē in littore
maris. Possidebit sementuū postas inim
corum suorum. et benedicentur in semine
tuo omnes gentes terre. quia oboedisti uo
cimeę. Reuersusq; ē abrahā ad pueros
suos. abieruntq; bersabee simul. et habi

Itautibi. **LEC LIB EXODI.**

IN DIEBUS ILLIS.

Factum ē aut in uigilia matutina. et ecce
respiciens dñs super castra ægyptiorum p
columnā ignis et nubis. interfecit exercitū
eorum et subuertit rotas curruū. ferebantq;
in profundū. Dixerunt ergo ægyptij.

Fugiamus isrlm. dñs enim pugnat pro eis
contra nos. Et ait dñs ad moysen. Ex

tende manum super mare. ut reuestant²
aque ad egyptios. super currus et equites
eorum. Cumq; extendisset moyses
manum contra mare. reuersum ē primo
diluculo ad priorem locum. Fugientib; q;
egyptiis occurrerunt aque. et inuoluit
eos dñs in medijs fluctib; reuersq; sunt
aque et operuit currus et equites cuncti
exercitus pharaonis. qui sequentes ingressi
fuerant mare. ne unus quidem super fuit
ex eis. Filii autē isrl̄ perrexerunt per medi
um siccimaris et aque eis erant quasi pro
muro ad dextris et a sinistris. Liberauitq;
dñs in die illa israhelē de manu egyptiorū
et uiderunt egyptios mortuos super litus
maris. et manum magnā quā exercuerat

dn̄s super eos. Metuitq; populus dn̄m.

et crediderunt dn̄o et moysi seruo eius.

Tunc cecinit moyses et filius isrl̄ carmen hoc dn̄o
et dixerunt. *Canticū libri exodi.*

Cantemus dn̄o gloriosum

LEC̄ ISAIAE. PPH̄.

HAEC EST HEREDITAS

seruorum dn̄i. et iusticia eorum apud me.

dicit dn̄s. Om̄s sicientes uenite ad aquas.

et qui non habetis argentū. properate. emite

et comedite. Venite. emite absq; argento.

et absq; ulla comitatione uinum et lac.

Quare appenditis argentū non in panib; . et

laborem ur̄m. non in satietate. Audite

audientes me. et comedite bonum. et de

lectabitur in crassitudine anima ur̄a.

Inclinate aurem uram. et uenite ad me.
audite. et uiuet anima ura. Et feriam
uobiscum pactum sempiternum. mise-
ricordias dauid fidelis. Et ecce testem po-
pulis dedicui. ducem ac preceptorem gentibus;
Ecce gentem quam nesciebas uocabis. et gen-
tes que non cognouerunt te adtecurrent.
propter dominum tuum. et semini israel quia
glorificauit te. Querite dominum dum in-
ueniri potest. inuocate eum dum prope
est. O derelinquat impius uiam suam. et
uir iniquus cogitationes suas. et reuertatur
ad dominum. et miserebitur eius. et ad dominum nostrum
quoniam multus est adagnoscendum. Non enim
cogitationes mee co-
neque uere uere
gitationes ure.
me edicit dominus

Quia sicut exaltant² celi a terra. sic exaltate
sunt uisum meum a uisum uris. et cogitationes mee
a cogitationibus uris. Et quomodo descen
dit imber et nix de celo. et illuc ultra non re
uertitur. sed inebriat terram et in fundit eam
et germinare eam facit. et dat sementi serenti
et panem comedenti. sic erit uerbum meum quod
egredietur de ore meo. Dicit dominus omnipotens

LEC HIEREMIAE PPH.

AUDI ISRAEL MANDATA
uite. auribus percipe. ut scias pru
dentiam. Quid est israel quod in terra inimi
corum es. in ueterasti in terra aliena. co
inquinatus es cum his qui in inferno sunt.
dereliquisti fontem sapientie. Nam si
in uia domini ambulasses. habitasses

utiq; super terrā. Disce ubi sit sapientia
ubi sit uirtus. ubi sit prudentia. ut scias simul
ubi sit longa uita et uictus. ubi sit lumē
oculorum et pax. Quis inuenit locum eius
et quis intro iuit in thesauris eius. Ubi sunt
principes gentiū. et quid dominantur super
bestias. quiesunt in terra. qui in aui; celi
ludunt. qui argentum thesaurizant. et
aurum in quo confidunt homines. et non ē
finis possessionis eorum. Qui argenti fabri
cant. et solliciti sunt. nec ē inuentio ope
rum illorum. Et tamen examinati sunt
et ad inferos descendunt. et alii in locū illorū
surrexerunt. Iuuenes uiderunt lumen. et
habitaauerunt super terrā. uia autē discipli
ne nescierunt. neq; intellexerunt semitas.

eius. neq; susceperunt eam filii eorū. a facie
illorum longe facta ē. Non ē audita in
chanaan. neq; uisa in theman. Filii q̄q;
agar qui exquirunt prudentiā quē detern
ē. negociatores et theman. et fabellatores
et exquisitores prudentiē et intellegentiē.
uiam autē sapientiē nescierunt. neq; me
minerunt semitarū eius. O isrl̄ quam
magna domus dī. et ingens locus possessio
nis eius. magnus. et non habet consumma
tionē excelsus et immensus. Ibi fuerunt gi
gantes nominati. illi qui ab initio fuerunt.
statura magna scientes bellum. Non hos
elegit dñs. neq; uia discipline inuenerunt
propterea perierunt. Et qm̄ non habuerunt
sapientiam. interierunt propter suam

insipientiā. Quis ascendit in celos. et acci-
pit eā. et eduxit de nubib; . Quis transfre-
tauit mare. et inuenit eā. et attulit eā sup
aurum electū. non ē quis sciāt uia eius.
neq; excogitet semitas eius. Sed quis cit u-
niuersā. nouit illā. et adinuenit eā cum
prudentia sua. Qui perfecit terram in sem-
piterno tempore. et adimpleuit eā pecudib;
uocauit eam et audiuit eam in tremore.
Stelle autē dederunt lumen suum. in custodiis
suis. et letate sunt. Uocate sunt. et dix-
erunt assumus. eduxerunt ei cum iubundi-
tate. qui fecit illas. Hic dñs noster ē. et non
estimabitur aliud ad illū. Hic adinuenit
omnem uia discipline. et dedit illā iacob
puero suo. et isrl dilecto suo. Posthęc uisus ē

super terrā. et cum hominib; conuersatus ē.

I L E C E Z E C H I E L P P H .

I N D I E B U S I L L I S . F a c t a ē
super me manus dñi. et eduxit me in spū dñi
et dimisit me in medio campi. quierat pleny
ossib; et circumduxit me perea in giro.

E rant autē multa ualde super faciē campi.
siccaq; uehementer. Et dixit ad me. Fili
hominis. putasne uiuunt ossa ista. Et
dixi. Dñe dñs tuus osti. Et dixit ad me.

U t accinare de ossib; istis. et dices eis. Ossa arida.
audite uerbum dñi. Hæc dicit dñs dñs ossib;
his. Ecce ego intromittam in uos spm et
uiuetis. et dabo super uos neruos. et suc
crescere faciam super uos carnes. et super ex
tendā in uobis cutē. et dabo uobis spm. et

uiuētis. et scietis quia ego dñs. Et prophetaui
sicut preceperat mihi. Factum ē
autē sonitus prophetante me. et ecce com
motio. Et accesserunt ossa ad ossa unū
quodq; adiunctura suam. Et uidi. et
ecce super ea nerui. et carnes ascenderunt
et extenta ē in eis cutis desuper. et spm̄ n̄
habebant. Et dixit ad me. Uaticinare
filii hominis. et diceſ ad spm̄. Haec dicit
dñs dſ. A quatuor uentis uenis sps. et
insuffla super interfectos istos. et reuiues
cant. Et prophetaui sicut p̄ceperat mihi.
et ingressus ē in ea sps et uixerunt. et steterunt
super pedes suos. exercitus grandis nimis
ualde. Et dixit ad me. Filii hominis.
ossa haec. uniuersa domus isrl̄ ē. Ipsi dicunt.

Aruerunt ossanra. aperuit spes nra. et ab
scisi sumus. Propterea uaticinare. et
dices ad eos. Haeedicti dñs dñs. E cce ego
Aperiam tumulos uros. et educam uos de
sepulchris uris. populus meus. et inducā
uos in terrā isrl. et scietis quia ego dñs
cum aperuero sepulchra urā. et eduxero
uos de tumulis uris populus meus. et de
dero spm meum in uobis. et uixeritis. et re
quiescere uos faciā super humum urām
Dicit dñs omñs

I L E C I S A I A E P P H .

I N D I E B U S I L L I S .

Aprehendent septem mulieres uirum
unum in die illa dicentes. Panem nrū
comedimus. et uestimentis nrīs operiem².

tantummodo inuocetur nomen tuum super nos
aufer obprobrium nostrum. Indicilla erit
germen domini in magnificencia ecclesia. et
fructus terre sublimis. et exultatio his qui
saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui
relictus fuerit in sion. et residuus in iherusa
le. sanctus uocabitur. omnis qui scriptus est
in uita in iherusale. Si abluerit dominus
sordes filiarum sion. et sanguine iherusalem
lauert de medio eius. in spiritu iudicii et spiritu
ardoris. Et creauit dominus super omnem
locum montis sion. et ubi inuocatus est in
ben perdie. et fumum et splendorem ignis
flammantis in nocte. Super omne enim
gloriam protectio. et tabernaculum erit in um
braculum diei ab aestu. et in securitate. et

in absconsione. At turbine et a pluuia

Uinea facta est dilecto *Canticum isaiae pph;*

LEC. LIB EXODI.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen et aa-
ron. requir retro infer vi. parascue

LEC. IONAE PPH.

In diebus illis. factum ē uerbum dñi ad
ionam. requir retro infra ebd v. quadrag

fer. ii. *LEC. LIB DEUTERONOMII*

IN DIEBUS ILLIS. Scripsit
moyses canticum. et docuit filios isrl.
precepitq; iosue filio nun et ait. Con-
fortare ecc̃sto robustus. tu enim introdu-
ces filios isrl̃ in terrā quā pollicitus sum
eis. et ego ero tecum. Postquam ergo
scripsit moyses uerba legis huius in uo-

lumine atq; compleuit. precepitq; le-
uitis qui postabant Arcam federis dñi
dicens. Tollite librum istū et pōnite illū
in latere arcę federis dñi diuri. ut sit tibi
contra rate iustitimonium. Ego enī
scio contentionē tuam. et ceruicem tuā
durissimā. Adhuc uiuente me et ingre-
diente uobiscum. semper contentiose
egistis contra dñm. quanto magis cum
mortuus fuero. **C**ongregate ad me
omnes maiores natu per tribus urās.
atq; doctores. et loquar audientib;
eis sermones istos. et nuocabo contra
eos celum et terram. Noui enim quod
post mortē meam inique exgetis. et decli-
nabitis cito de uia quam precepi uobis.

Et occurrent uobis mala in extremo tempore.
quando feceritis malum in conspectu dñi.

ut irascietis cum per opera manuum urarū

Locutus ē ergo moyses audiente uniuerso
cetu filiorum isrl uerba carminis huius.
et ad finē usq; compleuit. *Canticum deu*

*A*ttende celum et loquar. et audiat terra *terron om*

*I*LE C D A N I H E T P P H.

*I*N DIEBUS ILLIS. Nabucho
donosor rex. fecit statuam aureā. alti
tudine cubitorum sexaginta. latitudine
cubitorum sex. et statuit eam in capodu
ram prouincię babylonis. Itaq; nabu
chodonosor rex. misit ad congregandos
satrapas. magistratus et iudices. duces et
rannos. et prefectos. omnesq; principes reg

onum. ut conuenirent ad dedicationem
statue quam erexerat nabuchodonosor rex.

Tunc congregati sunt satrape. magistratus
et iudices. duces. et tiranni. et optimates.
qui erant in potestatibus constituti. et uni
uersi principes regionum. ut conuenirent
ad dedicationem statue quam erexerat na
buchodonosor rex. Stabant autem in
spectu statue quam posuerat nabucho
donosor rex. et prece clamabat ualen
ter. Vobis dicitur populus. tribus.
et linguis. In hora qua audieritis sonitu
tube et fistule et cithare. et sambuce. et psal
teri. et symphonie. et uniuersi generis mu
sicorum. cadentes adorare statua auream
quam constituit nabuchodonosor rex.

Siquis autē non prostratus adorauerit
eadem hora mittetur in fornacē ignis ar
dentis. Posthac igitur statim ut audi
erunt omnes populi. sonitum tubę. fistu
le et citharę. sambucę. et psalterii. et sim
phonie. et omnis generis musicorum.
cadentes omnes populi. et trib; et lingue
adorauerunt statuam aureā. quā con
stituerat nabuchodonosor rex.

Statimq; et in ipso tempore. acce
dentes iuri chaldei. dixerunt na
buchodonosor regi. Rex in eternum
uiue. Tu rex posuisti decretū. ut omnis
homo qui audierit sonitum tubę. fistu
le et citharę. sambucę et psalterii. et sim
phonie. et omnis generis musicorum.

prosteruat se. et adoret statuā auream ;

Siquis aut non procidens adorauerit. mit-
tetur in fornacē ignis ardentis. Sunt
ergo uiri iudei quos constituisti super
opera regionis babilonię. sidrahc . mi
sach . et abdenago . uiristi contempserunt
decretum tuum. Deos tuos non colunt
et statuam auream quam erexisti non ad-
orant. Tunc nabuchodonosor in furo-
re et ira precepit ut adducerentur sidrahc
misahc . et abdenago. Qui confestim ad-
ducti sunt in conspectu regis. Pronun-
tiansq; rex nabuchodonosor rex ait eis
Uerene sidrahc misahc et abdenago deos
meos non colitis. et statuā aureā quam
constitui non adoratis. **N**unc ergo

sistis parati. quacumq; hora audieritis
sonitum tube fistule eccithare. sambuce
et psalterii et symphonie. omnisq; generis
musicorum. prostermite uos. et adorare
statuam auream quam feci. Quod si non
adoraueritis. eade hora mittemini in for
nacem ignis ardentis. Et quis e qui eripi
at uos de manu mea. Respondentes
sidrahe. misahe. et abdenago. dixerunt re
ginx buchodonosor. Non oportet nos
de hac re responderetibi. Ecce enim dñs nŕ
quem colimus. potest eripere nos de camino
ignis ardentis. et de manib; tuis orex libe
rare. Quod si noluerit. notum tibi sit
rex. quia deos tuos non colimus. et statua
aurea quam erexisti non adoramus.

Tunc nabuchodonosor repletus est furore. -
et aspectus faciei illius immutatus est super
sidrahe. misahe. et abdenago. Et prece-
pit ut succenderetur fornax septuplum
quam succendi consueverat. Et turris
fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis
pedibus sidrahe. misahe. et abdenago. mit-
terent eos in fornacem ignis ardentis. Et
confestim viri illi cuncti cum braciis suis
et traris. et calcamentis. et uelutibus.
missi sunt in medium fornacis ignis arden-
tis. nam iussio regis urgebat. Fornax
aut. succensa erat nimis. Porro uiros illos
qui miserat sidrahe. misahe. et abdenago.
interfecit flamma ignis. Viri autem hi
tres. id est sidrahe. misahe. et abdenago. ceci-

derunt in medio camino ignis ardentis
colligati . et ambulabant in medio flammę
laudantes dñm . et benedicentes dñm

I N S A B B A T O S C O A D
M I S S A M . L E C . E P . B E . P A V
A P T I A D C O L O S E N S E S

FR S . Si conresurrexistis cum xpo .
que sursum sunt querite . ubi xpc ē in
dexterā dī sedens . Que sursum sapite .
non que super terram . Morsu enim
estis . et uita urā abscondita ē cum xpo
in dō . Cum enim xpc apparuerit
uita urā . tunc et uos apparebitis . cū
ipso in gloria

E V . S C D M M A T H .

VESPERE SABBATI

CAP. 6

queducescit in prima sabbati. usq;
ibi eum uidebitis. ecce predixi uobis

D O M I N I C A I N D I E
S C O P A S C H A E. L E C.
E P I S T O L. B E A T I P A U L I
A P T I. A D C O R I N T H I O S.

1. COR. V. CAPITULUM I. DE AZYMIS

EX PURGATE VETUS
fermentum. ut sitis noua con-
spersio. sicut estis azimi. Etenim
pascha nr̃m. immolatus ē xp̃c.
Itaq; epulemur. Non in fermento
ueteri. neq; in fermento malitię et
nequitie. Sed in azimis sinceritatis.
et ueritatis.

SEQUENT. SCIENT
SCDM MAR.

IN ILLO TEMPRE

Mariamagdalene. et maria
iacobi et salome. emerunt

aromata. usq; ibi cum uidebitis.

sicut dixit uobis

FR. SCDA. LECT
ACTV V APTOR.

IN DIEBUS ILL. Stans petrus
in medio plebis dixit. Christus. uos
scitis quod factum e uerbum per uni
uersam iudeam. Incipiens enim a galilea
post baptismum quod predicauit iohan
nes ihm nazareth. quomodo unxit

eum dñs spūs scō et uirtute. qui pertransiuit
benefaciendo et sanando omēs oppressos ad di
Abolo. quoniam dñs erat cum illo. Et nos
testes sumus omnium quę fecit in regio
ne iudeorum et hierusalem. quem occide
runt suspendentes in ligno. Hunc dñs
suscitauit tertia die. et ededit eum mani
festum fieri. non omni populo. sed testib;
preordinatis ad dō. nobis qui manducauim⁹
et bibimus cum illo. postquā resurrexit
a mortuis. Et precepit nobis predicare
populo. et testificari. quia ipse ē qui consti
tutus ē ad dō. iudex uiuorum et mortuorū.
Huic omēs prophę testimonium perhi
bent. remissionē peccatorum accipere p
nomen eius. omēs qui credunt in eum.

E V S C D M L V C.

I**N ILLO TEMPR.** Exeuntes **CAP. 22**
duo ex discipulis ihu. ibant ipsa die in
castellum. usq; et quomodo cognouerunt
eum in fractione panis

TR. TERTIA. LECT.

ACTV V APTOR.

I**N DIEBUS ILLIS.** Surgens
paulus. et manu silentium indicens ait
Uiri frs filii generis habraha. et qui in uob
timent dm. uobis uerbum salutis huius
missum e. Qui enim habitabant hieru
salem. et principes eius ignorantes ihm
et uoces prophetarum que per omne sab
batum leguntur. iudicantes impleuer
Et nulla causam motis inuenientes in eo.

petierunt apilato. ut interficerent eum.
Cumq; consummassent omnia que de eo
scripta erant. deponentes eum deligno.
posuerunt in monumentu. Osuero susci-
tauit eum a mortuis terciadie. Quibus
e per dies multos his qui simul ascenderant
eum eo de galilea in hierusalem. quousq;
nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos
uobis adnuntiamus ea que ad patres nostros
re promissio facta e. qm hanc ed s adim-
pleuit filius uris. Resuscitans ihm
xpm dnm nrm.

I E N S C D M L U C A.

ex. l. v.

I N I L L O T E M P. Sicut ihs
in medio discipulorum suorum. usq; a
remissionem peccatorum in omni gentes

FR. IIII. LECT. ACTV
A P T O R.

IN DIEBUS ILLIS. **A**periens
petrus os suum. dixit. Chri. isrlite.
et qui tamen dñm audite. O s̄ abraham
et dñs isaac. et dñs iacob. dñs patrū nr̄orum
glorificavit filium suum ih̄m. quem
uos quidem tradidistis et negastis ante fa-
ciem pilati. iudicante illo dimitti. Uos
aut̄ s̄m et iustum negastis. et petistis ui-
rum homicidā donari uobis. Auctorem
uero uite interfecistis. Quem dñs susci-
tauit a mortuis. cuius nos testes sumus.
Et nunc fr̄s. scio quia per ignorantia fe-
cistis. sicut et principes ur̄i. O s̄ aut̄
qui prenuntiavit per os omnium pro

phetarum pati xpm suum. impleuit.

sic. Poenitemini igitur et conuertimini
ut deleantur ura peccata.

E N S C D M I O H.

XXV. III.

IN ILLO TEMP. *M*anifesta
uit se hñc discipulis suis ad mare tiberiadis
usq; cum resurrexisset a mortuis.

F R Q V I N T A. L E C

A C T V V A P T O R

IN DIEBUS ILLIS. *A*ngls
dñi. locutus ē ad philippum dicens.

Surge et uade contra meridianum ad uia
quæ descendit ab hierusale in gazā. hæc
ē deserta. Et surgens abiit. Et ecce
uir æthiops eunuchus potens candacis
regine æthiopum. qui erat super om̃s

gazas eius. uenerat adorare in hierusa-
lem. et reuehebatur sedens super currum suum
legensque isaiam propheta. Dixit autem
spiritus philippo. Accede. et adiungere
ad currum istum. Accurrens autem philip-
pus. audiuit illum legentem isaiam prophe-
tam et dixit. Putasne intellegis que legis.
qui ait. Et quomodo possum. nisi
aliquis indicauerit mihi. Rogauitque
philippum. ut ascenderet. et sederet secum.
Locus autem scripture quam legebat. hic
erat. Tanquam ouis ad occisionem ductus
est. et sicut agnus coram tondente se sine
uoce. sic non aperuit os suum. In hu-
militate iudicium eius sublatum est. gene-
rationem illius quis enarrabit. quoniam

tollatur de terra uita eius Respondens
aut eunuchus philippo dixit Obsecro
te. de quo propheta dicit hoc. de se an
de alio aliquo. **A**periens aut philip
pus os suum. et incipiens ab scriptura
ista. euangelizauit illi in ihu. Et du
irent per uiam. uenerunt ad quandam
aquam. Et ait eunuchus. Ecce aq.
quis prohibet me baptizari. Et iussit
stare currum. Et descender uterq; in
aquam philippus et eunuchus. et baptiza
uit eum. Cum aut ascendissent de aq.
sp̄s dñi rapuit philippum. et amplius
non uidit eum eunuchus. Ibat aut p
uiam suam gaudens. Philippus aut.
inuentus est in azoto. Et pertransiens

euuangelizauit ciuitatib; cunctis. nom
dni ihu xpi

E V S C D M I O H

IN ILLO TEMP. **M**aria stabat
ad monumentū foris plorans usq; quia
uididnm̄ et haec dixit mihi

cap. cc

T R S E X T A . L E C . E P .

B E . P E T R I A P T I .

M I . **X**p̄c semel pro peccatis

nr̄is mortuus ē. iustus pro iniustis
ut nos offerret dō. **M**ortificatus quidē
carne. uiuificatus aut spū. In quo et
his qui in carcere erant. spūaliter ueniens
predicauit. qui increduli fuerant. Aliqn̄
do. quando expectabat dī pacientia. in
dieb; nocturnū fabricaretur Arca. In qua

pauci idest octo anime salue factesunt
paquam. Quod et uos nunc similis
forme. saluos fecit baptisma. Non carnis
depositio sordium. sed conscientie bone
interrogatio in dñm. Per resurrectione
thū xpi. quie in dextera di

E V S C D M M A T H.

c. l. v.

IN ILLO TEMP. Undecim
discipuli abierunt in galilea. usq; usq;
ad consummationem seculi.

S A B B. L E C. E P. B E.

P E T R I A P T I.

FR S. Deponentes omnem ma
litiam. et omnem dolum et simulationes
et inuidias. et omnes detractiones. sicut
modo geniti infantes. rationabiles. sine

dolo. lac concupiscite. ut in eo crescatis
in salutem. Si tamen gustastis. quonia
dulcis ē dñs. Adquē accedentes lapi
dem uiuū. Ab hominib; quidē reprobratū
ad dō aut electum et honorificatū. et ipsi
tanquā lapides uiui. super aedificamini
domus spūales. sacerdotum scm offerre
spūales hostias. Acceptabiles dō per
ihm xpm. Propter quod continet scrip
tura. **E**cce pono in sion lapide
summum angulare. electum preciosū
et qui crediderit in eum. non confundet²
Ut obis igitur honor credentib; . non cre
dentib; autem. lapis quem reprobauerunt
aedificantes. hic factus ē in caput anguli.
et lapis offensionis. et petra scandali. his

qui offendunt uerbo. nec credunt in quo.
et positi sunt. Uos autem genus electum.
regale sacerdotium. gens sancta. populus ad
quisitionis. ut uirtutes adnuntietis eius.
qui de tenebris uos uocauit in admirabile
lumen suum. Qui aliquando non populus.
nunc autem populus dei. Qui non conse
cuti misericordiam. nunc autem miseri
cordiam consecuti.

E U S C D M I O H.

IN ILLO TEMP. **V**na sabbati
maria magdalene uenit mane.
cum adhuc tenebre essent ad monimentum.
usque. quia oporteret eam mortuis resurgere.

D O M O C T P A S C H E.

L E C . B E . I O H A N N I S A P T I

K **om** 1. **O** mne quod natum ē ex dō.

uincit mundū. Et hæc ē uictoria

que uincit mundū. fides nrā. Quis ē

qui uincit mundū. nisi qui credit. qm̄ ih̄c

ē filius dī. Hic ē qui uenit p̄ aqua

et sanguine. ih̄c xp̄c. Non in aqua

solum. sed in aqua et sanguine. Et sp̄s

ē qui testificatur. qm̄ xp̄c ē ueritas.

Qm̄ tres sunt. qui testimoniū dant inter

ra. sp̄s. aqua. et sanguis. Et tres unū

sunt. Et tres sunt qui testimonium

dant in celo. pater. uerbum. et sp̄s.

Et hi tres unum sunt. Si testimonium

hominū accipimus. testimonium dī m̄

iuse. Qm̄ hoc est testimonium dī qd̄

maius ē. quia testificatus ē de filio suo.

Qui credit in filiū dī. habet testimoni-
um dī in se.

E N S C D M I O H.

C. XIII. **I**N ILLO TEM^{PO}RE. Cum eēt
sero die illa una sabbatorum. usq; eēt
credentes uitam habeatis in nomine eius.

N A T S C O R T I B V R T I I.

V A L E R I A N I. E T M A X I M I.

LEC LIB SAPIENT.
Lingua sapientium ornat scientiā.
os fatuorum ebullit stulticiā. In
omni loco. oculi dñi speculantur
bonos et malos. Lingua placabilis
lignum uitę. que aut immoderata
ē. conteret spem. Domus iusti plurimę
follitudo. et infructib; impii conturba

10. Labia sapientium disseminabunt
scientiā. cor stultorū dissimileerit.

Uictime impiorū abhominabiles dñō.
uota iustorum placabilia. Qui sequit^r
iusticiā. diligitur adñō.

E V S C D M M A T H.

IN ILLO T^hEMP. **V**identur CAP. X
bas ihc. ascendit in montē. usq; qm
merces urā copiosa ē in celis.

I N P A S C H A A N N O T I N O.

K L E C E P. B E. P E T R I A P T L.
M I. **S**uccincti lumbos mentis

urē. sobrii. pfectesperate in eā quę af
fertur uobis grām. in reuelatione ihū xpi.

Quasi filii obediētię. non figurati prio
rib; ignorantie urē desideris. sed secūm

eum qui uocauit uos sc̄m. et ipsi sc̄i
in om̄i conuersatione sitis. qm̄ scrip
tum ē. **S**c̄i eritis. quia ego sc̄s sū
Et si patrē inuocatis eum qui sine accep
tione p̄sonarū iudicat secundū unius
cuiusq; opus. in timore. in colatus
ur̄i tempore. conuersamini. **S**cientes
quod non corruptilib; argento uel
auro redempti estis de uana conuersati
one paterne traditionis. sed precioso
sanguine quasi agni incontaminati.
et immaculati xp̄i. **P**recogniti quidē
ante constitutionē mundi. manifesta
tū aut nouissimis temporib; propter uos
qui per ipsum fideles estis in dñō qui
suscitauit eum a mortuis. et dedit ei gl̄a

ut fides ur̄a et spes eet̄ in dñō

E N · S C D M · I O H ·

IN ILLO TEM̄P · *E*rat homo *CAP. X*
ex phariseis nichodemus nomine.
usq; sed habeat uitam eternam

N AT S C I G E O R G I I M A R T ·

L E C · E P · B E · I A C O B I A P T L ·

Kom̄ · *O*mne
gaudium existimate fr̄s mei · cum in
temptationes uarias incidertis · Sei
entes quod probatio fidei urē patientia
operatur · patientia aut̄ opus perfectū
habeat · ut sitis perfecti et integri · in
nullo deficientes · Siquis aut̄ ur̄m in
diget sapientia · postulet a dō quidat
omnib; affluenter · et nulli impropere

et dabitur ei. Postulet autē infide.
nihil hesitans. Qui autē hesitat. si
milis ē fluctui maris. qui a vento mo
uetur et circū fertur. Non ergo aesti
met homo ille. quod accipiat aliquid
a dno. Vir duplex animo. inconstans
ē in omnib; uis suis. Glorietur autē
frater humilis in exaltatione sua. di
ues autē in humilitate sua. qm̄ sicut
flos feni transibit. Exortus ē enim
sol cum ardore. et arefecit foenū. et
flos eius decidit. et decor uultus eius
deperit. Ita et diues. in itinerib; suis
marcescet. Beatus uir qui suffert
temptationē. quia cum probatus fu
erit accipiet coronā uitę. Quā rep

misit dñs diligentib; se

E N S C D M M A T H .

IN ILLO T E M P . dixit ihc discipulis

cap. xc.

Nolite arbitrari . quia ueneri . usq;
non pdet mercedē suam

I N L E T A N I A M A I O R .

K*L E C . E P . B E . I A C O B I A P T I .*
M J .

Confitemini
alterutrū peccata ura . et orate pro
inuicē ut saluemini . Mutū enim
ualet deprecatio iusti assidua . Heli
as homo erat similis nobis passibilis .
et oratione orauit ut non plueret sup
terrā . et non pluit annos tres . et m̄ses
sex . Et rursus orauit ⁊ et celū dedit
pluuiam . et terra dedit fructum suū

Siquis autem errauerit ex uobis et conuer-
rit quis eum: sciens debet. quoniam qui con-
uersti fecerit peccatorem a errore uite sue.
saluabit animam eius a morte. Et copit.
multitudinem peccatorum.

E N S C D M I N C.

IN ILLO TEM P. dixit ihc
discipulis suis. Quis uirum habebit
amicum. et ibit ad illum media nocte. usq;
dabit spm bonum petentib; se.

F R. IIII. L E C A C T U U A P T O R

IN DIEBUS ILLIS.
Orauerunt apti dicentes. Domine qui
fecisti celum et terra. mare. et omnia que
meis sunt. quis p̄sco per os patris nri
dauid pueri tui dixisti. quare fremuer

gentes. et populi meditati sunt inania
X Alterunt reges terre. et principes conue
nerunt in unum. aduersus dñm. et aduer
sus xpm eius. Conuenerunt enim
uere in ciuitate istam. aduersus sem
puerum tuum ihm quem unxisti. herodes
et pontius pilatus. cum gentibus et popu
lis isrl. facere que manus tua et consi
lium decreuerunt fieri. Et tunc dñe
respice in minas eorum. et da seruis
tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum
in eo quod manum tuam extendas. sani
tates. et signa et prodigia fieri. p nom
sci filii tui ihu. Et cum orassent.
motus est locus. in quo erant congregati.
Et repleti sunt omnes spu sco. et loque

bantur uerbūdi. cum fiducia

E V S C D M L V E.

IN ILLO TEM⁺P. **S**urgens
ihc mane prima sabbati. usq; et illi
euntes nunciauerunt ceteris

I R . V I . L E C T I O A C

T V V A P E O R .

IN DIEBUS ILLIS. **S**urgens
quidā in concilio quidā phariseus
nomine gamaliel legis doctor honora
bilis uniuerse plebi. iussit pusillum
foras apostolos secedere. Dixq; ad
illos. Viri isrlite. attendite uobisup
hominib; istis. quid acturis sitis

An te hos dies extitit theodas. dicens se
esse aliquē magnum. cui consensit

uirorum numerus circiter quadringentorum. qui occisus est. et omnes qui cumque credebant ei dissipati sunt. et reductus est ad nihilum. Post hunc exitum iudas galileus in diebus professionis. et auertit populum post se. et ipse perit. et omnes quotquot consenserunt ei dispersi.
Et nunc itaque dico uobis. - discedite ab hominibus istis. et sinite illos. Quonia si ex hominibus est consilium hoc aut opus. - dissoluetur. Si uero ex deo est. - non poteritis dissoluere eos. ne forte et deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi. - et conuocantes apostolos. ceteris denunciauerunt. ne loquerentur in nomine ihu. et dimiserunt eos. Et illique de

ibant gaudentes & conspectu concilii.
qm̄ digni habitisunt pronomine ihu
contumelia pati

E V S C D M . M A T

iii

IN ILLO TEMP. Exierunt
mulieres demonum ento . cum timore et
gaudio magno . usq; usq; in hodiernū diē

N A T S C I V I T A L I S

L E C A D P H I L I P S .

FR S . Nobis datum ē pro xpō non
solum ut in eum credatis . sed ut etia pro
illo paciamini . id ē certamen habentes .
quale et uidistis in me . et nunc audistis
de me . Siqua ergo consolatio in xpō .
siquod solatiū caritatis . siqua societas
sp̄s . siqua viscera miserationis . implete

gaudium meum. ut id ipsum sapiatis.
eandē caritatē habentes. unanimes. id
ipsum sentientes. Nihil per contenti
onem. neq; per inanē gloriā. sed in
humilitate mentis superiores sibi in
uicē arbitantes. Nonque suaserunt
singuli considerantes. sed ea quę aliorū

E V S C D M I O H.

IN ILLO TĒM P. dixit hęc discipulis

Ego sum uitis uera uos palmites. usq;
et gaudiū ur̄m impleatur.

S A B B L E C T I O A C

T V V A P T O R.

IN DIE BUS ILLIS. Factū ē

aut̄ petrum dum p̄transiret uniuersos.
deuenire ad scōs qui habitabant lidde.

Inuenit aut̃ ibi hominē quendā nomine
Aeneam. ab annis octo iacentē in gra
bato. quierat paralyticus. Et t̃m illi
petrus. Aenea. sanat̃ dñs ih̃c xp̃e te
surge. et st̃erne tibi. Et continuo surrexit.
et uiderunt illum omnes qui habitabant
lidde. et saronē. qui conuersi sunt ad
dñm. In ioppe aut̃ fuit quedā disci
pula. nomine tabita. que interpre
tata dicitur dorcas. Hæc aut̃. erat
plena operib; bonis. et elemosinis quas
faciebat. Factum ē aut̃ indieb; illis.
ut infirmata moreretur. Quamcum
lauassent. posuerunt eam in cenaculo.
Cum aut̃ prope cēt lidde ab ioppe. disci
puli audientes quia petrus cēt in ea.

miserunt ad eum duos viros rogantes.

Nepigritenis. venire usque ad nos. **E**xurgens autem petrus. venit cum illis. **E**t cum aduenisset. duxerunt illum in cenaculum. **E**t circum steterunt omnes iudaei flentes. et ostendebant tunicas et vestes. quas faciebat illis doreas. **E**t cecidit autem omnibus foras. petrus ponens genua sua orauit. **E**t conuersus ad corpus. dixit. **T**abitha surge. **A**nilla aperuit oculos suos. et uiro petro resedit. **D**ans autem illum manum. erexit eam. et cum uocasset secum iudaeas. assignauit eam uiuam. **N**otum autem factum est per uniuersam ioppen. et crediderunt multi in domino.

D O M . I I I . P O C T P A S C H .

R LEC. I P. B. PETRI APTI.
M I

Xp̄s passus ē prouobis.
uobis relinquens exemplū. ut sequamini
uestigia eius. Qui peccatū non fecit. nec
inuentus ē dolus in ore eius. Qui cum
malediceretur. non maledicebat. Cum
pateretur. non comminabatur. Trade
bat autē iudicanti se iniuste. qui pec
cata nr̄a ipse pertulit in corpore suo sup
lignum. ut peccatis mortui iusticie ui
uamus. Cuius liuore. sanati estis
Eritis enim. sicut oues errantes. sed con
uersi estis nunc ad pastorem et episcopum
animarum ur̄arum.

I E V S E D M I O H.
XVIII IN ILLO TEM P. dixit h̄c discip̄s

Egosum pastor bonus usq; et fiet unum
ovile et unus pastor

N A T S C O R U M P H I

L I P P I E T I A C O B I.

Stabant iusti in magna constantia.
regr̄ retro in x̄i k̄t feb. innat̄ sc̄i iuncen

ti E N S C O M I O H.

IN ILLO TEMP⁺ dixit h̄c discip suis

Non turbetur corur̄m usq; et quod cuiq; pe
tieritis in nomine meo hoc faciam

I N I N V E N T I O N E S C E

C R V C I S. A D C A L A T H A S

FR S. **V**idete. qualib; litteris scrip
si uobis mea manu. Quicumq; uolun
placere in carne. hic cogunt uos circu
cidi. tantum ut crucis xpi. persecutio

nemⁿ patiantur. Neq; enī qui circūcidunt².
legē custodiunt. sed uolunt uos circūcidi.
ut in uerā carne glorient². Mibi autē absit
gloriari. nisi in cruce dñi nrī ihū xpī. Per
quē mibi mundus crucifixus ē. et ego mun
do. EV SCD M IO H.

IN ILLO TEM P. Erat homo
ex phariseis nichodemus nomine. usq;
sed habeat uitā aeternā.



N AT. S. ALEXANDRI. E VENTII. ET
THEODOLI. LEC AD HEBREOS.

FRS. Scī pfidē uicerunt regna.
req; retro xiiij feb innat scī sebastiani

IN ILLO TEM P

LECTACTVU AP T O R.

IN DIEBUS ILLIS. **D**iuisae
aut multitudo illius ciuitatis. et quidā
quidē erant cum iudeis. quidā uero cum
aptis. Cum aut factū eēt impetus gen-
tilium et iudeorū cum principib; suis. ut con-
tumeliosius afficerent et lapidarent eos. intel-
legentes confugerunt ad ciuitates licaonie
listrā et derben. et in uersā in circuitu re-
gionē. et ibi euangelizantes erant.
Et quidā uir in listris infirmus pedib; sede-
bat. claudus ex utero matris suae.
qui nunquā ambulauerat. Hic audiuit paulū loquentē. qui intutus eum

et uidens quia haberet fidē. ut saluus fi
eret. dixit magna uoce. Surge super pe
des tuos. rectus. Et exiliuit. et ambula
bat. Turbe autē cum uidissent quod fe
cerat paulus. leuauerunt uocē suā lreca
onice dicentes. Tu similes facti hominib;
descenderunt ad nos. Et uocabant bar
nabā iouē. paulum autē mercuriū. qm̄
ipse erat dux uerbi. Sacerdos quoq; io
uis quierat anteciuitatē. tauros et coro
nas offerens ante ianuās. cum populo suo
lebat sacrificare. Quod ubi audierunt
apli. barnabas et paulus. concessis tuni
cis suis exiue  runt in turbas claman
tes et dicen  tes. Viri quid haec
facitis. et nos mortales sumus. si

miles uobis homines. Annuntiantes uob
ab his uanis conuerti ad dñm uiuum qui
fecit celum et terrā. mare et omnia que in
eis sunt. **E V S C D M LV E**

IN ILLO T E M P **V**na sabbati
ualde diluculo. uenerat ad monumētū mu
lieres. usq; quod factū fuerat.

ccc.xx

N A T S C I I O H A N N I S.

L E C A D E P H E S I O S.

R S.

Vnicuiq; nr̄m. data ē gr̄a. secundū
mensurā donationis xp̄i. Propter qd̄
dicit. Ascendens in altū. captiuā dux
captiuitatē. dedit dona hominib; Quod aut̄
Ascendit. quidē nisi quia et descendit
primū. in inferiores partes terre. qui

aut descendit. ipse est et quia ascendit
sup om̄s celos. ut impleret om̄ia. Et
ipse quidē ^{quosdā} aptos. quosdā autē prophetas
alios uero euangelistas. alios autē pasto
res et doctores ad consummationē scōrū.
in opus ministerii. in aedificationē cor
poris xpī. Donec occurramus omnes
in unitatem fidei. et agnitionis fili di
ni iurū p̄fectū. in mensurā aetatis ple
nitudinis xpī dñi nr̄i.

E V S C D M M A R C.

IN ILLO TEM P. **R**ecum
bentib; xi. discipulis apparuit h̄c. usq;
sup egros manus imponent. et bene
habebunt. F R VI.

L E C A C T V V A P T O R

INDIEBUS ILLIS.

Surgens petrus. dixit ad eos. Viri fratres. uos scitis quoniam ab antiquis diebus in uobis elegit deus per os meum audire gentes uerbum euuangelii et credere. Et qui nouit corda uestra. testimonium perhibuit datus illis spiritum sanctum sicut et nobis. Et nihil discreuit inter nos et illos. fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid temptatis dominum. imponere iugum super ceruicem discipulorum. quod neque patres nostri neque nos portare potuimus. sed per gratiam domini ihesu credimus saluari. quemadmodum et illi. Tacuit autem omnis multitudo. et audiebant barnabam et paulum. Narrantes quanta fecisset deus signa et prodigia

ingentib; p eos

E N S C D M .

IN ILLO TEM P . Accesserunt
ad ihm discipuli iohannis. usq; et ambo
conseruantur S A B B .

L E C A C T V V A P T O R

IN DIE BUS ILLIS .

Sequenti uero sabbato . pene uni uersa
ciuitas conuenit audire uerbu di . Vi
dentes aut turbas iudei . repleti sunt
zelo . et contra dicebant his . que a paulo
dicebantur blasphemantes . Tunc con
stanter paulus . et barnabas dixerunt
Vobis quide primum oportebat loqui
uerbum di . sed qm reppulisti illud
et indignos uos iudicasti eterne uite

ecce conuectimur ad gentes. Sic
enim precepit nobis dñs. Posuit
in lumen gentib; . ut sis in salutē usq;
ad extremū terrae. Audientes autem
gentes gauise sunt. et glorificabant
uerbum dñi. et crediderunt quotquot
erant preordinati ad uitā aeternā.

Disseminabatur autē uerbū dñi. per uni
uersam regionem. Iudei autē concita
uerunt religiosas mulieres et honestas.
et primos ciuitatis. et excitauerunt pse
cutionē in paulum et barnabam. et eie
cerunt eos de finib; suis. At illi excusso
puluere pedum in eos. uenerunt iconiū.
Discipuli quoq; replebantur gaudio.
et spū scō.

E B . 11 . P O S T O C T P A S C H E .

R L E C . E P . B . P E T R I A P T I .
m 1 .

Obscuro tanquā aduenas
et peregrinos . abstineret uos a carnalib;
desideriis . quę militant aduersus animę
Conuersationē urām inter gentes habentes
bonā . ut in eo quod detractant de
uobis tanquā de malefactorib; . ex bonis
operib; uos considerantes . glorificent dñm
in die uisitationis . Subiecti estote omni
humane creature . propter dñm . Si uere
regi . quasi precellenti . Si ueducib; .
tanquā ab commissis . ad uindictā male
factorū . laudē uero bonorum . Quia
sic ē uoluntas dī . ut beneficientes . ob
mutescere faciatis . imprudentiū hominū

ignorantia Quasi liberi. et non quasi
uelamen habentes malitiæ libertatem.

Sed sicut serui. omnes honorate. frat
nitatem diligite. Om̃ timete. regem
honorificate. Serui. subditi estote
in omni timore dominis. Non tantu
bonis et modestis. sed etia discolis.

Hæc ē enim grā. In xp̃o ih̃u dñō

nro E N̄ S C D M I O H.

IN ILLO TEM̃P. dixit ih̃c discip
suis. **M**odicum etiam non uidebitis
me. usq; nemo tollet auobis

cxlv

N A T S C I G O R D I A N I.

A D C O R I N T H I O S.

FR S. **O**bsecro uos p̃ mansuetu
dinē et modestiā xp̃i. qui ad facie quide

humilis inter uos. Absens aut confido
in uobis. Rogo aut ne presens audeā
per confidentiā qua existimor audere
in quosdā. qui arbitrant² nos. tanquā
secundum carnem ambulemus. Incar
ne enim ambulantes. non secundū carne
militamus. Nam arma militie nrē
non carnalia sed potentia dō adde
structionem munitionum consilia de
struentes. et omne altitudinē extollente
se aduersus scientiā dī. Et in captiuita
tem redigentes omnem intellectū in ob
sequium xpi. et in promptu habentes
ulcisci omnem inobedientiā. cum im
pleta fuerit urā obedientia. In xpo
ihū dno nro

IN ILLO TEM P dix̄ ih̄c discip̄ suis
Nolite arbitrari . usq; non p̄det mercede
 suam

IN N A T . S . N E R E I . I T A C H I L L E I .
 L E C L I B S A P I E N T I A E .

Iusti in perpetuum uiuent . et apud
 dnm ē merces eorū . et cogitatio illorum
 apud altissimū . Ideo accipient regnū
 decoris . et diadema speciei de manu dñi
Qm dextera sua teget eos . et brachio suo de
 fendet illos . Accipiet armaturā iely
 illius . et armabit creaturā ad ultionem
 inimicorum . Induet̄ pro thorace iusti
 ciā . et accipient pro galea iudicium
 cestum . Sument scutū inexpugnabile

equitate. ibunt directe promissiones.

Et ad cestum locū deducet illos. dñs dñr

E N S C O M M A T H.

IN ILLO TEM⁺P. dixit ihc discipulis suis
Ecce ego mitto uos sic ues in medio luporū
usq; hic saluus erit. FR IIII.

LEC. EP. B. PETRI APTI.

ROM⁺. Animas uras castificantes
inobedientia caritatis. in fraterni
tatis amore. simplices corde. in uice
diligite. adtentius renati. non ex semine
corruptibili. sed incorruptibili. puerbū
di uiui et p⁺manentis. Quia omnis caro
foenum. et omnis gloria eius tanquā
flos foeni. Exaruit fenum et flos eius
decidit. uerbum aut dñi manet in eternū

E N S C D M.

IN ILLO TEM P. **F**acta ē
questio ex discipulis iohannis cū iudeis
usq; sed ira dī manet super eū. **FR VI.**

LE C ACTU V A P E O R.

IN DIEBUS ILLIS. **V**t cum
uenerint tempora refrigerii. & conspec
tu dñi. et mōserit eum qui predicatus ē
uobis ih̄m xpm. quem oportet quide
celum suscipere usq; in tempora restituti
onis om̄ium que locutus ē d̄s p̄sscorū
suorum a seculo prophetarum. Moyses
quidem dixit. Quia propheta uobis
suscitauit dñs d̄s ur̄ de fratrib; ur̄is. tan
quā me. ipsum audietis. iuxta omnia
que locutus fuerit uobis. **E**rit autem

omnis anima que non audierit prophe-
tam illum. exterminabitur de plebe.

Et omnes prophete a samuhel et deinceps
qui locuti sunt. et adnuntiauerunt dies
istos. Vos estis filii prophetarum. et
testamenti quod disposuit deus ad patres
nostros. dicens ad habraam. in semine tuo bene-
dicentur omnes familiae terre.

Uobis primum deus suscitauit filium suum
misit eum benedicentem uobis. Ut con-
uertat se unusquisque a nequitia sua.

E N T S C D M I O H

I N ILLO T E M P . dixit ihesus suis
Ego lux in mundum ueni. usque sicut
dixit mihi pater. sic loquor

D O M III. P O C T P A S C H E

REC. B. IACOBI APTI.

M

Estote factores uerbi et

non auditores tantu. fallentes uosmet
ipsos. Quia si quis auditor e uerbi. et
non factor. hic comparabitur uiro.
consideranti uultum natiuitatis suae
in speculo. Considerauit enim se
et habuit. et statim oblitus e qualis fuerit.

Quia ut perspexerit in lege perfecte lib
tatis. et per manserit. non auditor ob
liuio suis factus. sed factor operis. hic be
atus in facto suo erit. Siquis autem
putat se religiosum ee. non refrenans lin
guam suam. sed seducens cor suum. huius
uana e religio. Religio munda etiam
maculata. apud dm et patre h. eccst.

Visitare pupillos et uiduas. in tribula
tione eorum. et immaculatum se
custodire ab hoc seculo.

E N̄ S C D M I O H.

vii

IN ILLO TEM P DIXIT HEC DISCIPULIS
Vado ad eum qui meminit. usq;
et adnuntiabit uobis.

DEDICATIO. S. MARIE AD MARTIR

legitur lectio que in ipsa die uenerit
quia semper in dominica die celebratur.

N AT S C E P O T E N T I A N E V I R G.

LEC LIB S A P I E N T.

One ds meus exaltasti. reqr retro cap. lviii
FR IIII. *LEC ACTU V A P T O R.*

IN DIEBUS ILLIS
Superuenerunt aut quida ab anti

ochia. et conio iudei. et persuasis iudeis
lapidantesq; paulum. traxerunt extra
ciuitatē. existimantes eum mortuum ēē
Circumdantib; autē cum discipulis. sur
gens intrauit ciuitatē. et postera die p
fectus est cum barnaba in derben. Cūq;
euuangelizassent ciuitati illi. et docuis
sent multos. reuersi sunt listrā. et conio
um. et antiochiā. confirmantes animas
discipulorum. exhortantesq; vt perma
nerent infide. Et quoniā p multas
tribulationes. oportet nos intrare in
regnum di. **EN SCD M IOH.**

IN ILLO TEM P. **Respi**ciens ihc **clm**
in discipulos suos dix. Pater scēserua
eos in nomine tuo. usq; et ego in ipsis

FR VI. LECTIO ACTV
A P T O R V M.

IN DIEBUS ILLIS.

Apostoli et seniores frs. his qui sunt
antiochie et sirie frib; ex gentib; salute.
Quoniam audiuiimus quia quidam ex vobis
excuntes turbauerunt vos verbis.
euercentes animas vras. quib; non man-
dauimus. placuit nob collectis in
unum eligere viros. e mittere ad vos
cum carissimis nris barnaban et paulo.
hominib; qui tradiderunt animas suas
pro nomine dñi nri ihu xpi.
Misimus ergo iudam et sileam. qui et
ipsi vobis verbis referent eade. **U**n-
sume enim spui sco et nobis. nihil

ultra imponere uobis oneris quam
haec necessaria. ut abstineatis uos ab
immolatis simulacrorum. et sanguine.
suffocato. et fornicatione. A quib;
custodientes uos bene agatis valete

E V S C D M I O H.

IN ILLO TEMP. dixit ihc discip
suis

*F*ilioli adhuc modicum uobis
sum. usq; sequeris aut postea

S A B B. L E C T A C T V V A P T O R.

IN DIE BUS ILLIS.

*R*espondit iacobus et dixit. Viri frs
audite me. Simon narrauit quod ad
modum primum ds uisitauit sumere
ex gentib; populum nomini suo. et huic
concordant uerba prophetaru. sicut

cxv

scriptum ē. Posthac reuēlar. et re
aedificabo tabernaculū dauid quod ce
cidit. et diruta eius reaedificabo. et eri
gam illud. ut requirant ceteri hominū
dñm. et omēs gentes sup quas inuocatū ē
nomen meū dicit dñs. faciens haec
Notum a seculo et dñō. opus suū.

Propter quod ego iudico non inquietare
eos. qui ex gentib; conuertunt² ad dñm.
sed scribere ad eos. ut abstineant se a con
taminationibus simulacrorum. et for
nicatione. et suffocatis et sanguine.

Morſes enim a temporib; antiquis habet
in singulis ciuitatib; qui eum p̄dicent
in synagogis. ubi p̄ omnes sabbatu legit²

Tunc placuit aptis et seniorib; cū omni

ecclesia eligere viros ex eis. et mittere
antiochia. cum paulo et barnaba. iudā
qui cognominabatur barsaban. et sileā.

¶ viros primos in fratribus. scribentes per manus
eorum. **D O M . i i i . P O C T P A S C H .**

L E C . E P . B . I A C O B I A P T I .

K **M I .** **O** mne datum optimum
et omne donum perfectum desursum ē.
descendens a patre luminum. Apud
quem non ē transmutatio. nec vicissi-
tudinis obumbratio. Voluntarie
genuit nos verbo veritatis. ut simus
initium aliquod creature eius. Scitis
fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis
homo uelox ad audiendum. tardus
autem ad loquendum. et tardus ad iram.

Iuxta enim uiri iusticia di non operatur
Propter quod abiciunt omne immun-
dicia et abundantiam malicie. in
mansuetudine suscipite insti uerbu.
quod potest saluare animas uras

E V S C D M I O H.

IN ILLO TEM P. dixit ihc discipulis
Amen amen dico uobis. siquid petieritis
patrem. usq; quia ad o existi

N A T S C I V R B A N I.

L E C L I B S A P.

Iustum deduxit dñs puias rectas. et
ostendit illi regnum di. et dedit illi
scientiam scōru. Honestauit illum
in laborib; et compleuit labores illius
Infraude circum uenientiū illi affuit.

et honestum fecit illum. Custodiunt
eum ab inimicis. et a seductoribus: tutaunt
eum. Et testamentum forte dedit illi. ut uiuice-
ret. et sciret. quoniam omnium potentior est
sapientia. Hec uenditum iustum uidere
liquit. sed a peccatoribus liberauit eum.
Donec afferret illi sceptrum regni. et poten-
tiam aduersus eos. qui eum deprimebant.
Et mendaces ostendit. qui maculauerunt
illum. Et dedit illi claritatem aeternam.
dominus deus noster **EV SCOM IOH.**

IN ILLO TEM P. dixit ihesus discipulis suis **ex**
Ego sum uitis uera. et pater meus
agricola. usque fectus uobis

I N V I G A S C E N S D N I .

L E C T A C T V V M A P T O R .

IN DIE BUS ILLIS

Receperunt iudei sermonē dñi nr̄i ih̄u
xpi. et baptizati sunt. et appositiss
in illa die animae circiter tria milia
Erant aut̄ perseverantes in doctrina
ptorū. et cōmunionē fractionis
panis et orationib; Fiebat aut̄ om̄ian
m̄ timor Multa quoq; prodigia
et signa p̄ aptos fiebant in ierusalem.
et metus erat magnus in universis
Om̄s enim qui credebant erant pariter.
et habebant om̄ia cōmunia Pos
siones et substantias uendebant. et
diuidebant illa omnib; prout cuiq;
opus erat Cotidie quoq; p̄durantes
unanimiter ante p̄lo. et frangentes

circa domos panes. Sumebant cybū
cum exultatione et simplicitate cordis
collaudantes dñm **U B I S V P.**

LECT ACT Vñ APTOR.

IN DIEB; ILLIS. **M**ultitudi
nis credentium. erat cor unum et anī
unū. nec quisquā eorū que possidebat
aliquid suū eē dicebat. sed erant illis om̄a
cōmunia. Et uisite magna reddebant
apti. testimonium resurrectionis dñi
nrī ihū xpī. et grā magnā erat omib;
illis. Neq; enim quisquā egens. erat
inter illos. Quotquot enim posses
sores domorū. aut agrorū erant. uen
dentes afferebant p̄tia eorū que uende
bant. et ponebant ante pedes aptorū

²
Diuidebat aut singulis: pro ut cuiq; opus

erat *EŮ S C D M I O H.*

IN ILLO TEM P. *R*espici
ens ih̄s discipulos dixit: Pater sc̄e.
serua eos in nomine tuo. usq; nemo
tollet a uobis

I N A S C E N S I O N E D N I.

L E C T A C T U Ů A P T O R

PRIMUM QUI DE M

sermone feci de omib; o theophile
que cepit ih̄c facere et docere. usq; in
diem qua precipiens aptis. p̄sp̄m̄sem
quos elegit assumptus ē. Quib; et
prebuit seipsū uiuū post passionem
suā. in multis argumentis. p̄ dies xl
apparens eis. et loquens de regno di.

Et conuescens precepit eis ab hierosoli
mis ne discederent. sed expectarent
promissione patris. quia audistis in
qd p os meū. Quia iohannes quidem
baptizauit aqua. uos autē baptizabi
mini spū scō. non post multos hos dies
Igitur qui conuenerant. interrogabant
eum dicentes. Dñe. si in tempore
hoc restituas regnū isrl. dixit autē eis.
Non est ur̄m nosse tempora uel momenta.
que pater posuit in sua potestate. Sed
accipietis uirtutē supuenientis sp̄s sc̄i
in uos. et eritis in hi testes in hierlm.
et in omni iudea et samaria. et usq; ad
ultimum terre. Et cum hæc dixis
set. uidentib; illis eleuatus est. et nubes

suscepit eum ab oculis eorū. Cumq;
intuerent² in celum euntem illū. ecce
duo uiri astitērunt iuxta illos in uestib;
albis. qui et dixerunt. Viri galilei.
quid statis aspicientes in celum. Hic
ihc qui assumptus est a uobis in celū.
sic ueniet quē admodū uidistis eum
euntem in celum

E V S C D M M A R C.

ex m j **I**N ILLO TEM P. Recumbent
undecim discipulis. usq; sequentib;
signis. E R N I. P A S C E N S D N I

L E C E P. A D E P H E S I O S

FR S U n i c u i q; n r m
data ē grā. Req̃r retro. n. nōs mā
innat. ioh euangl

SABB. LEC ACTVU APTOR

IN DIEB; ILLIS. Reuersisus

Ierosolimā a monte qui uocat^r oliuet^r.
qui est iuxta hierusale. sabbati habes

iter. Et cum introissent in cenacu-
lum. ascenderunt ubi manebant

petrus et iohannes. iacobus et andreas

philippus. et thomas. barcholomeus

et matheus. iacobus alphei. et simon

zelotis. et iudas iacobi. Hi om̄s erant

pseuerantes unanimiter in oratione.

cū mulierib; et maria matre ihu. et

frīb; eius. DOM. I. P. ASCENS DNI.

LEC EPISTOT BEATI

MI PETRI APTI.

Estote prudentes. et uigilate in ora

tionib; Ante omnia autē mutuā
inuobis metipsis. caritatē continuā
habentes. quia caritas operit multi
tudinē peccatorum Hospitales inui
cē. sine murmuratione Unus
quisq; sicut accepit gratiā in alteru
trū illā administrantes. sic boni dis
pensatores. multiformis grāe dī Si
quis loquit^r. quasi sermones dī Si
quis ministrat. tanquā ex uirtute
quā administrat dī. ut in omib; ho
norificet^r dī. p̄ iīm xp̄m dñm nr̄m

E V S C D M I O H.

CLV **I**N ILLO TEM P. dixit hē discip̄s sui
Cum autē uenerit paradus. usq; quia
ego dixi uobis F R . IIII . L E C

ACTV̄ AP̄TOR.

IN DIEBUS ILLIS.

Exurgens petrus in medio fr̄m.
dix̄. Erat autem turba hominum.
simul fere. centum uiginti. Viri
fr̄s. oposter impleri scripturā. quā
p̄dixit sp̄s sc̄s p̄ os dauid de uida
qui fuit dux eorū qui cōphenderunt
ih̄m. qui connumeratus ē ^{iat} in nob. et
sostitus ē sorte ministerii huius. Et
hic quidē possedit agrū de mercede
iniquitatis. et suspensus crepuit
medius. et diffusa sunt om̄ia uiscera
eius. Et notū factū ē om̄ib; habitan
tib; ierusalem. ita ut appellaretur
ager ille lingua eorū acheldemahc.

hoc ē ager sanguinis. Scriptū est enī
in libro psalmorū. Fixt cōmemorati
o eius deserta. et non sit qui habitet in
ea. et episcopatū eius accipiet alter.
O postea ergo ex his uiris qui nobiscum
congregati sunt in omni tēpore quo in
trauit et exiit ad nos dñs ihc. incipi
ens ab baptismate iohannis. usq; in di
em qua assumptus ē a nobis. testē re
surrectionis eius nobiscū fieri unum
existis. Et statuerunt duos. Ioseph
qui uocabat^r barnaban. qui cognomī
tus ē iustus. et mathiā. Et orantes
dixerunt. Tu dñe qui corda nosti
omīum. ostende quē elegeris ex his
duob; unum. accipere locū ministr

huius et apostolatus. de quo preuari-
catus ē iudas. ut abiret in locū suum
et dederet sortēs eis. Et cecidit sort sup
mathiā. et adnumeratus ē. cum xi^{cim}
aplis. **E N S C D M I O H.**

IN ILLO TEM P. dixit ihc discipulis suis **cxv**
Si manseritis in me et uerba mea in uob
manserint. usq; ut gaudiū urm impleat²

F R. VI. L E C A C T V V A P T O R
IN DIEBUS ILLIS.

Dixit petrus. Viri frs. liceat au-
denter dicere ad uos de patri archa
david. qm defunctus ē et sepultus est.
et sepulchrum eius ē apud nos usq;
in hodiernū diē. Propheta igitur
cū eet. et sciret. quia iureiurando. iu

raſſet illiſ deſtructi lumbi eius ſedere ſup
ſedem eius. prouidens locutus ē de reſur
rectione xpi. quia neq; derelictus ē in in
ferno. neq; caro eius uidit corruptionē
Hunc ihm reſuscitaui tds. cui om̄s nos
teſtes ſumus. Dextera igitur di exalta
tus. et promiſſione ſp̄s ſci. accepta a
patre. effudit hoc donū qđ uos uidetiſ
et auditiſ. Non enim dauid aſcendit
in celos. Dixit autē ipſe. Dixit dñs dñō
meo. ſede a dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos. ſcabellū pedū tuorum.
Ceſtiſſime ergo ſciat om̄is domus iſrl.
quia et dñm eū et xpm diſſecit hunc
ihm. quem uos crucifixiſtiſ. Hiſ
auditiſ. cōpuncti ſunt corde. et dixeru

ad petrum. et ad reliquos aptos

Quid faciemus uiri frs. petrus uero
ad illos. Penitentiam inquit agite. &
baptizetur unusquisque; uirum in nomine
ihesu xpi. in remissione peccatorum uirorum
rum. Et accipietis. donum spiritus sancti

E V S C O M L V C A.

IN ILLO TEM P. dixit ihesus discipulis suis
Ego mitto primum patris mei in uos
usque; et benedicentes dominum

I N S A B B P E N T E C O S T.
Temptauit deus abraham IN GENESI.
actum in uigilia matutina IN GENESI.
cripsit moyses canticum IN EXODO.
deprebendunt uir mulieres IN HIEREMIA.
audiuit mandata uite IT IN HIERIM.

I A D M I S S A . L E C T U R A A P T O R .
I N D I E B U S I L L I S .

Cum apollo eet corinthi . et paulus
per agratis superiorib; partib; ueniret ephesum
et inueniret quosdam discipulos .
dixit ad eos . Si spiritum sanctum accepistis
credentes . At illi dixerunt ei .
Sed neque spiritum sanctum audiui . Ille uersus
ait . In quo ergo baptizati estis . qui
dixerunt . In iohannis baptismo .
Dixit autem paulus . Iohannes baptizauit
baptismo penitentiae populum dicens .
in eum qui uenturus eet post ipsum ut
crederent . hoc est in ihesum . Hi audientes
baptizati sunt in nomine domini ihesu . Et
cum imposuisset illis manus paulus . uenit

sp̄s sc̄s super eos. et loquebantur linguis
et prophetabant. Erant aut̄ om̄s iuui.
fere xii. Ingressus aut̄ sinagoga. cū
fiducia loquebat̄. per tres menses. Dis
putans et suadens. de regno di.

E V S C D M I O H.

I**N** ILLO T E M P. dixit h̄c discip̄s suus **cxv**
Sidiligentissime. mandata mea seruare
usq; et manifestabo ei me ipsum.

D I E D O M I N I C O P E N T E
C O S T E S. L E C T I O A C
T V V M A P T O R V M.

¶
2
U M C O P L E R E N T

Dies pentecostes. erant
omnes discipuli pariter in eo
de loco. Et factus est re
pente de celo sonus tanquam aduenientis
spiritus uehementis. et repleuit totam domum
ubi erant sedentes. Et apparuerunt
illis dispartite lingue. tanquam ignis.
seditque super singulos eorum. Et re
pleti sunt omnes spiritu sancto. et ceperunt loqui
uariis linguis. prout spiritus sanctus dabat eloquium
illis. Erant autem in hierusalem habi
tantes iudei uiri religiosi. ex omni natione
que sub celo est. Facta autem hac
uoce. conuenit multitudo. et omnes
confusi sunt. quoniam audiebat unusquisque;

lingua sua illos loquentes. Stupebant
aut omnes. et mirabantur adinuicem dicentes
Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galileis?
Et quomodo nos audiuimus unusquisque
linguam nostram in qua nati sumus? parthi
et medi. et elamite. et qui habitant
in mesopotamia. iudea et cappadocia
pontum et asia phrigia et panphiliam
egyptum et partes libie que est circace
nen. et aduene romani. Iudei quoque
et proselyti. cretes et arabes. Audi
uimus eos loquentes nostris linguis.
magna laus dei

I N S E C U N D U M I O H

IN ILLO TEM P. dixit ad discipulos cxxx
Siquis diligit me sermonem meum seruabit

et sicut mandatum dedit mihi pater sic
facio.

FR **SECUNDA**

I **LECTURUM** **APTORE**
IN DIEBUS ILLIS.

Aperiens petrus os suum. dixit
Uiri fratres. et patres. nobis precepit dominus
predicare populo et testificari. quia ipse
est qui constitutus est a deo. iudex uiuorum
et mortuorum. Huiusmodi prophete
testimoniū phibent. remissione peccatorum
accipere per nomen eius. omnes
qui credunt in eum. Adhuc loquen-
te petro uerba haec. cecidit spiritus sanctus
super eos. quia audiebant uerbum. et
obstupuerunt ex circūcisione fideles
qui uenerant cum petro. quia et in

nationes grā sps sci effusae. Audiebant
enī illos loquentes linguis. et magni
ficantes dñm. Tunc respondit petrus
Nunquid aqua quis prohibere potest
ut non baptizent^r hi qui spm scm acce
perunt. sicut nos. Et iussit eos bapti
zari. in nomine dñi nrī ihū xpī

I E **U** S **C** D **M** I O **H**.

I N I L L O T E M P . dixit hē discip
suis. **S** ic enim dilexit dñs mundū
usq; quia indō sunt facta. **FR. III.**

I E C A C T V U A P T O R .

I N D I E B U S I L L I S .

Cum audissent apti quierant hierosoli
mis. quia recepit samaria uerbū dī.
miserunt ad eos petrū et iohannem

Quicum uenissent. orauerunt pro ipsis.
ut acciperent spm scm. Nondum enim
inqua illoru uenerat. sed baptizati
tantu erant in nomine dñi ihu. Tunc
imponebant manus sup illos. et accipi
ebant spm scm. *E V S C D M I O H*

cxviii

IN ILLO TEM P. dixit hie discip suis
*A*m am dico uobis. qui n intrat postu
usq; et habundantius habeant

F R IIII. L E C A C T V V A P T O R
IN DIE BUS ILLIS

Stans petrus cu xi. leua uocem sua
et locutus e eis. Viri iudei et qui habita
tis hierusale uniuersi. hoc uobis no
tum sit. et aurib; pcepit uerba mea.
Non enim sicut xstimates. hie bñi sum.

cum sit ora diei tertia. Sed hoc ē quod die
tū est per prophetā iohel. Et erit in no
uissimis dieb; dicit dñs. effundā de spū meo
super omnē carnē. et prophetabunt filii
urī. et filie ur̄e. Iuvenes uri uisiones ui
debunt. et seniores urī sōmnia sōnabū
Et quidē sup seruos meos. et sup ancillas
meas in diebus illis. effundā de spū meo
et prophetabunt. Et dabo prodigia
in celo sursum. et signa in terra deorsum
Sanguinē. ignē. et uaporem fumi. Sol
conuestet² et luna in sanguinē. Et in tenebras
ante quā ueniet dies dñi magnus. et m̄
nifestus. Et om̄is qui cūq; inuocaue
rit nom̄ dñi. saluus erit.

V B L S V P R A

LECTIVUM APTOR.

IN DIEBUS ILLIS. [Signa et
Permanus aptorū. fiebant: prodigia
multa in plebe. Et erant unanimiter
om̃s in populo salomonis. Ceterorum
aut̃ nemo audebat se coniungere illis.
sed magnificabat eos populus. Magis
aut̃ augebat² credentiū^{in dño} multitudo
uirorū ac mulierum. ita ut in plateis
eicerent infirmos. et ponerent in lectulis
et grabatis. ut ueniente petro. saltū umbra
illius obumbraret quēquā eorū. ut libe-
rarent² ab infirmitate. Concorrebat
aut̃ et multitudo uicinarū ciuitatū in
hierusalem. afferentes egros. et exatos ab
sp̃ib; immundis. qui curabant² om̃s.

E N̄ S C D M I O H.

IN ILLO T E M P: dixit h̄c discipulis
Nemo potest uenire ad me. nisi pat. usq;
pro mundi uita. I R̄. V.

Lx

IL E C A C T V N̄ A P T O R.
N O T E B U S I L L I S.

Philippus descendens in ciuitate sam
rix. p̄dicabat illis xpm̄. Intendebant
aut̄ turbæ his. que a philippo dicebant.
unanimiter audientes. et uidentes sig
na et p̄digia que faciebat. Multi enim
eorū qui habebant sp̄s immundos. cla
mantes uocem magna exhibant. Multi
aut̄ paralytici et claudi. curati sunt.

Factum ē ergo magnū gaudiū in illa ciui
tate. E N̄ S C D M L V C A.

IN ILLO TEM P. **C**onuocatis
 ihc xii^{ei} discipulis. dedit illis uisum
 usq; et curantes ubiq; **FR. VI.**

L E C T V V A P T O R
IN DIEBUS ILLIS.

Aperiens petrus os suum. dixit. Viri
 isrl^{ite}. audite uerba hęc. I h m n a l a r e
 nū uirū approbatū ad o in uobis. uistu
 tib; et p dignis et signis quę fecit p illū dñs
 in medio urī sicut scitis. hunc de finito
 consilio et pscientia dī traditū p manus
 iniquorū affigentes interemistis. Quē
 dñs suscitauit solutis dolorib; inferni.
 iuxta quod impossibile erat teneri
 illū a beo. Dauid enim dicit in eum
Prouidebā dñm in conspectu meo semp.

qm̄ adextris ē mihi necō mouear

Propter hoc letatū ē cor meū. et exultauit
lingua mea. in superet caro mea requi
esce in spe. Qm̄ non derelinques anīm
meā in inferno. nec dabis sc̄ntiū uide
re corruptionē. Notas mihi fecisti uias
uite. adimplebis me iucunditate. cū
facietur. **EVSCDM LVC.**

IN ILLO TEMP. xxxv
Factū ē in synagoga. et hic docebat docens
usq; quia uidim⁹ mirabilia hodie

SABB. LEC ACTV V APTOR.
IN DIEB; ILLIS.

Conuenit uniuersa ciuitas. audire
uerbum dñi. Uidentes autē turbas
iudei. repleti sunt zelo. et contradicebant

hisque apaulo dicebant² blasphemantes
Tunc constant paulus et barnabas dixer²
Uob oportebat primum loq² regnū dī.
Sed qm̄ reppulistis illud. et indignos uos
iudicastis æternę uite. ecce conuestim²
ad gentes. Sic enī pcepit nob² dñs.
Posuite in lum² gentib; . ut sis in salutem
usq; ad extremū terre. Audientes autē
gentes. gauisę sunt et glorificabant
uerbum dñi. et crediderunt quotquot
erant pordinati ad uitā æternā. Dis
seminabat² autē uerbum dñi. p̄ uiuer
sam regionē. Iudei autē concitauer²
religiosas mulieres et honestas. et pri
mos ciuitatis. et excitauerunt psecu
tionē in paulū et barnaban. et eiecerunt

eos de finibus suis. Et illi excusso puluere
pedum in eos. uenerunt in domum. Discipuli
quoque replebantur gaudio. et spiritu sancto

E. V. S. C. D. M. L. V. C. A.

IN ILLO TEMPORE. Surgens
Iesus de synagoga. introiit in domum simo-
nis. usque oportet me uiuangelizare regnum
dei.

D. O. M. O. C. T. A. B. P. E. N. T.
L. E. C. L. I. B. A. P. O. C. A. L. I. P. S. I. S. 10

IN DIEBUS ILLIS. HANNIS APTI.

Vidi ostium apertum in celo. et uox
prima quam audiui tanquam tubae. lo-
quentis mecum dicens. Ascende huc
et ostendam tibi quae oportet fieri cito
post haec. Statimque fui in spiritu. Et
ecce sedes posita erat in celo. et supra

xxvi

sedem sedens. Et qui sedebat. similis
erat aspectu lapidis. iaspidis. et sardini

Et iris erat in circuitu sedis. - similis uisi
oni smaragdinee. Et in circuitu sedis
sedilia ^{or}xxiii. - et super thronos ^{or}xxiii
seniores sedentes. circumamicti uestimentis
albis. et in capitibus eorum corone auree.

Et de throno procedebant fulgura. et uo
ces et tonitrua. - et septem lampades ar
dentes ante thronum. qui sunt septem sps
di. Et in conspectu sedis. - tanquam mare
uitreum simile cristallo. Et in medio
sedis et in circuitu sedis. - ^{or}iiii animalia
plena oculis ante et retro. Et animal
primum. - simile leoni. Et secundum
animal. - simile uitulo. Et tertium

animal. habens faciem quasi hominis

Et quasi animal simile aquile uolanti

Et quatuor animalia. singula eorum habe-

bant alas senas. et in circuitu et intus

plena sunt oculis. Et requiem non habe-

bant die ac nocte dicentia. SCS. SCS

SCS. dñs dñs omñps. qui erat et qdē et qui

uenturus est. Et cū darent illa ani-

milia. gloriā. et honore. et benedictio-

nem sedenti super thronum. uiuenti

in secula seculorum. pro cidebant ^{or} xxiii

seniores ante sedentē in throno. Et

adorabant uiuentē in secula seculorū

amen. EV. SCD M. LO H.

IN ILLO TEM P. Erat homo xxiii
ex phariseis nichodemus nomine. usq;

sed habeat uitā aeternā

FR. II. LE. EP. I. ST. OT.

K BEATI IACOBI APTI.
MI.

Quædesursumē sapientia.
primūquidē pudica ē. deinde pacifica
modesta. suadibilis. plenamisericordia
et fructib; bonis. non iudicans scdm
simulationē. Fructus aut iusticie in
pace seminat². facientib; pacē. Unde
bella lites in uobis. nonne ex concu
piscencia furis. quemilitant in mēbris
ur̄is. Concupiscitis et non habetis.
occiditis et zelatis. et non potestis adi
pisci. Litigatis et belligeratis. et non h̄
betis. propter quod non postulatis.
Petitis et non accipitis. eo qd male petitis.

ut inconcupiscentis uris consumatis

Adulteri. nescitis quia amicitia huius
mundi inimica est dei. Quicumque ergo
uoluerit amicus esse seculi huius. inimicus
dei constituetur. Aut putatis quia
inaniter scriptura dicat. ad inuidiam
concupiscit spiritus qui inhabitat in uobis.

Maiores autem dat gratiam. Propter quod dicit

Deus si superbis resistit. humilibus autem dat
gratiam. Subditi estote deo. resistite autem
diabolo. et fugiet a uobis. Appropin-
quate deo. et appropinquabit uobis

E N I S C D M L U C A.

In illo tempore. **A**ccesserunt quidam ^{ad inuicem} cexli
saduceorum. usque et amplius non au-
debant eum interrogare. **F R . VI.**

REC. EP. BEATI PETRI APTL.
Om̃i. Om̃s unanimes in oratione esto

compacientes. fraternitatis amatores
misericordes. modesti. humiles. Non
reddentes malum pro malo. uel male
dictū pro maledicto. sed e contrario
benedicentes. Quia in hoc uocati estis.
ut benedictione hereditate possideatis.

Qui enim uult uitā diligere. et uidere dies
bonos. coherceat linguā suā a malo.
et labia eius ne loquantur dolum. Decli
net a malo. et faciat bonum. Inquirat
pacē. et sequatur eā. Quia oculi dñi
sup iustos. et aures eius in p̃ces eorum.
Vultus autē dñi. sup facientes mala.
Et quis ē qui uobis noceat. si boni memula

tores fueritis. Sed et si quid patimini
propter iusticiam. beati. Timore autem
eorum ne timeueritis. ut non conturbe-
mini. Dominum autem Iesum Christum. sanctificate
in cordibus uestris.

EV SCDM LUC.

IN ILLO TEMPORE. dixit Iesus discipulis suis *exl.*

Cum inducent uos in synagogas. et ad-
ministrat. usque et nocte et in die. *FR VI.*

LEC BEATI PETRI APTI.

KOM. Sufficit preteritum tempus

ad uoluntatem gentium consummandam
quam ambulauerunt in luxuriis. deside-
riis. uinolentis. comessationibus. potati-
onibus. et inlicitis idolorum cultibus. in
quibus nunc obstupescunt. in quo ad-

rantur. non concurrentib; uob; in ea
dem luxurie confusione. blasphemantes.
Qui reddent rationem ei. qui pa
ratus ē iudicare uiuos ac mortuos.
Propter hoc enim et mortuis euangeli
zatum ē. ut iudicent² quidē scdm
homines in carne. uiuant autē scdm
dm̄ in spū. D O M .II. P PENT.

K L E C B E A T I I O H A P T I .
m̄ i. D s̄ caritas est.

In hoc apparuit caritas dī.
in nobis. qm̄ filium suū unigenitum
misit d̄s in mundū. ut uiuam² p̄ eum.
In hoc est caritas. non quasi nos dilexe
rimus d̄m. sed qm̄ ipse prior dilexit
nos. et misit filiū suū propitiationē

pro peccatis nr̄is. K m̄. si sic d̄s di-
lexit nos. et nos debemus inuicem dili-
gere. Om̄ nemo uidit unquā. Si di-
ligamus inuicem d̄s in nob̄ manet. et
caritas eius in nob̄ p̄fecta est. In hoc
intellegimus qm̄ in eo manem̄. et ipse
in nob̄. qm̄ de sp̄u suo dedit nob̄
Et nos uidim̄ et testificam̄. qm̄ pater
misit filium suū saluatōre mundi.
Quisquis confessus fuerit qm̄ ih̄s est
filius dī. d̄s in eo manet. et ipse
in dō. Et nos cognouimus. et credim̄
caritati quā habet d̄s in nob̄. D̄s
caritas est. It qui manet in carita-
te. in dō manet. et d̄s in eo. In
hoc p̄fecta ē caritas nob̄ cum.

ut fidutiā habeamus in die iudicii
quia sicut ille est. et nos sumus in hoc
mundo. Timor non est in caritate
sed pfecta caritas foras mittit timorē
Quoniam timor. penā habet. Qui autem timet.
nō ē pfectus in caritate. Nos ergo dili
gamus dñm. qm̃ dñs prior dilexit nos
Si quis dixerit qm̃ diligo dñm. et fr̃m
suū odit. mendax ē. Qui enim dili
git fr̃m suū quem uidet. dñm quem non
uidet. quomodo potē diligere.
Et hoc mandatū habem⁹ a dō. vt qui
diligit dñm. diligat et fr̃m suū.

E N I S C D M L V C.

IN ILLO TEM P. dixit ih̃c parabol
hanc **h**omo quidā erat diues. usq;

neq; si quis ex mortuis resurrexerit
dent

IN NAT SCOR MAR
CELLINI. ET PETRI. LEC

LIB APOCAT IOH APTI

Indiebus illis. vidi ostium apestu
in celo. require in octab pentecostes

EV SCOM LNCAL.

IN ILLO TEM P. dixit hcdiscip ccxl

Cum audieritis prelia. et seditiones
usq; animasuras

NAT SCOR PRIMI. ET FELICIANI.

LEC LIB APOCALIPSIS IOH APTI

IN DIE B; ILLIS. Respon
dens unus de seniorib; dixit mihi. hi
qui amicti sunt. stolis albis. qui sunt
et unde uenerunt. et dixi illi. Dne

mituſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt
qui uenerunt detribulatione magna.
et lauerunt ſtolas ſuas. et dealbauerunt
eas in ſanguine agni. Ideo ſunt ante
thronum dī. et ſeruiunt ei die et nocte
in templo eius. Et qui ſedet ſup̄ thro
num. habitat inter illos. Non
eſurient neq; ſitient amplius. neq;
cadet ſup̄ illos ſol neq; ullus aëſtus.
Quoniam agnus qui in medio throni eſt regit
illos. et deducet eos ad fontes aquarum.
Et abſterget dī omnē lacrimam
ab oculis eorum.

EN SCDM IOH.

IN ILLO TEM P. dixit h̄c diſcipulis
hoc eſt p̄ceptū meū. uſq; in nomine

meo det uobis

FR. IIII. LIC

EP. BEATI PETRI APTI.

R

MI.

Simon

petrus seruus et apłs ihu xpi. his qui
coequalē nobiscum sortiti sunt fidem
iniusticiā dñi nrī et saluatoris ihu xpi

Quā uobis et pax adimpleat² incogniti
one dñi nrī. Quomodo omīa nobis
diuinę uisutis sue quę ad uitā et pietā
tē donata ē. p cognitionē eius qui uo
cauit nos propria glā et uisute. p quē
maxima et p̄tiosa nob̄ promissa don
uit. ut p̄ haec efficiamini diuine con
sortes nature. fugientes eiusque in
mundo ē concupiscentie corruptionē
Uos autē curā omnē sub inferentes mi

in fide ur̃a iustit̃e . in uirtute
aut̃ scientiā . in scientiā aut̃ patientiā
in patientiā aut̃ pietatē . in pietate aut̃
amore fraternitatis . In amore aut̃ fr̃
tatis caritatē . Haec enim uobis cū assin
et superent . non uacuos nec sine fructu
uos constituent . in dñi nr̃i ih̃u xp̃i cog
nitione **E V S C D M M A T H .**

I **N** ILLO TEMP
dix̃ ih̃c discip̃ suis . **N** olite putare
quia ueni soluere legē . usq; in regno celoꝝ .

R **E R VII . L E C . E P . B . I O H . A P T I .**
M J . **Q**uod fuit
ab initio . quod audiui mus quod uidi mus
oculis nr̃is : et manus nr̃e tractauerunt
de uerbo uite . et uita manifestata est .

qđ p̃speximus

Et uidimus ecclesiam². et adnuntiamus
uobis uitam eternam. que erat apud patrem
et apparuit nobis. Quod uidimus et
audiuimus adnuntiamus uobis. ut
et uos societatem habetis nobiscum. et socie-
tas nostra. sit cum patre. et filio eius in uero christo
Et scripsimus uobis. ut gaudium nostrum
sit plenum. Et haec est adnuntiatio
quam audiui² ab eo. et adnuntiamus uobis.
quoniam deus lux est. et tenebre in eo non sunt
ulle. Si dixerimus. quoniam societatem
habemus cum eo. et in tenebrisambu-
lamus. mentimur. et non facimus uerita-
tem. Si autem in luce ambulamus. sicut
et ipse est in luce. societatem habemus
ad inuicem. et sanguis christi filii eius.

mundat nos ab omni peccato. Si dixe-
rimus. quoniam peccatum non habemus ipsi
nos seducimus. et ueritas in nobis non est.
Si confiteamur peccata nostra. fidelis et iustus
est. ut remittat nobis peccata nostra. et
mundet nos ab omni iniquitate.
Si dixerimus non peccauimus. mendaces
faciemus eum. et uerbum eius non est in
nobis. **I**llioli mei hec scribo uobis. ut
non peccetis. Sed et si quis peccauerit.
aduocatum habemus apud patrem Ihesum
christum iustum. Ipse est propitiatio.
pro peccatis nostris.

E **N** **S** **C** **D** **M** **L** **V** **C**.

IN ILLO TEM P. dixit illi discipulo
Impossibile est. ut non ueniant scandal.

usq; quod debuimus facere fecimus.

I N C I P I V N T L E C T

M E N S I S Q V A R T I .

F R . I I I I - L E C L I B S A P I E N T .

I N D I E B . I L L I S . **D** I X salomon
filius isrl . Diligite iusticiā qui iudicatis
terrā . sentite de dñō in bonitate . et in
simplicitate cordis querite illum
q m̄ inuenit² ab his qui non temerant illū
apparet aut eis qui fide habent in illū .
p eruerse enim cogitationes . separant
a dō . Probata aut uirtus . corripit
insipientes . Qm̄ in malivolā animā
n̄ introibit sapientia . nec habitabit
in corpore subdito peccatis . S c̄ s̄ enī
sp̄s discipline effugiet fictū . et aufert

se a cogitationibus: quiesunt sine intellec-
tu. et corripietur a supueniente iniqui-
tate. Benignus est enim spiritus sapientie
et non liberabit maledictum a labiis suis.
Quoniam renum illius testis est deus. et cordis eius
scrutator est uerus. et lingue illius audi-
tor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum.
et hoc quod continet. omnia. scientiam
habet uocis.

V B I S V P.

L E C T I B S A P I E N T.

H AEC DICIT DOMINUS DEUS

Audi iacob serue meus. et scire que
elegi. Faciens et formans te a utero.
Auxiliator tuus. Quia ego sum qui
deleo iniquitates tuas propter me. et
datis eius. et derelictus est. Aut
quis inuocauit illum. et despexit
eum. qm̄ pius et misericors ē
dñs dñs nr̄. **E V S C D M MATH.**

IN ILLO TEMP. dixit h̄c discip̄s
Nihil optum qd non reueletur. usq;
coram patre meo

I N V I G S C I L A U R E N T I I .

RAD TIMOTHEVM.
R m̄ e . Testificor coram dō. et

xpo ihu qui iudicaturus est uiuos ac
mortuos. et aduentum ipsius. et reg
num eius. predica uerbum. in sta
oportune. importune. Argue. obse
ra. increpa. in omni patientia
et doctrina.

Erit enim tempus
cum sana doctrina non sustinebunt
sed ad sua desideria coarctabunt
sibi magistros. prurientes auribus;

Et ueritate quidem auditum auget
tent. ad fabulas autem conuerterent.

Iuero uigila. in omnibus labora.
opus faciu angelice. ministeriu
tuum imple. **E**go enim iam de
libor. et tempus resolutionis mee
instat. **B**onum cestamen cetaui.

cursum consummavi. fide servavi.

In reliquo reposita est mihi corona iustitiae. quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi. sed et his qui diligunt adventum eius.

Confitebor **UBI SUP. LEC LIB SAP.**
tibi domine. regredere in mari. ecce agnecis
cap. **EV SCOM MATH.**

Ixx.**N** ILLO TEM P. dixit ihesus discipulis
Siquis vult post me venire. usque; venientem in regno suo.

I N N A T S C I L A U R E N T I I .

A D C O R I N T H I O S

F R S. Qui parce seminat. - parce
et metet. Et qui seminat in benedictionibus. - debenedictionibus; et metet.

U nusquisq; pro ut destinauit corde
suo. non ex tristitia. aut ex necessi
tate. Hilarem enim datorem. diligit
ds. Potens ē aut ds. omnem gram
habundare facere in uobis. ut in
omnib; semp omnem sufficientia
habentes. habundetis in omne opus
bonum. Sicut scriptū ē. Dispexit
dedit pauperib; iusticia eius man
in seculū seculi. Quia ut administrat
semen seminanti. et panem ad man
ducandum p̄stabit. & multiplica
bit semen ur̄m. Et augebit incre
menta frugum iusticie ur̄e.

E Ū S C D M I O H A N N.

IN ILLO TEM P. dixit h̄c discip̄ suis

et in

men amendi uob. nisi granum frumenti
cadens intra mortuum fuerit. usque in celis

I N N A T S C I T I B U R T I I.

K A D T I M O T H E V M.

K **M** **E** . **D** **n**s mibi assistit. et confor
tauit me. ut per me predicatio adimple
atur. et audiant omnes gentes. quod li
beratus sum de ore leonis. Liberauit
me deus ab omni opere malo. et saluum
faciet in regnum suum celeste. Cui sit
gloria. in secula seculorum amen.

I N N A T S C I Y P O L I T I.

K E. EP. B. I A C O B I A P T I.

K **M** **I** . **O** mne gaudium existimete
requirit retro in natali sancti georgii. cap

E V S C D M L V C A.

IN ILLO TEM P. dixit in discipulis suis

Ad tendite a fermento phariseor. usq;
coram angelis dei

Eccl. iiii. Lec

LIBRI SALOMONIS

Ad dandam scientiam et disciplinam.
ad intellegenda uerba prudentie et
suscipiendam eruditionem doctrinæ. iusti-
ciam. et iudicium. et æquitatem

Ut detur paruulis astutia. adolēscenti
scientia. et intellectus. Audiens
sapiens sapientior erit. et intelle-
gens gubernacula possidebit

Anim aduersite parabolam et interpre-
tationes. uerba sapientium. et enig-
mata eorum. Timor dñi. princi-
pium sapientie. **S**apientia. atq;

doctrina. Stulti despiciunt. Audi
filium disciplinam patris tui. & nedi
mittas legem matris tue. **UT ADDAT²**
grā. capitulo EV S C D M MATH.

IN ILLO TEM^{PO}
dixit hē phariseis. **Q**uoniam eū
contra meē. usq; et ex uerbis tuis condēp
naberis. **IN. N. S. EV SEBII.**

AD HEBREOS.
FR^S. **P**lures facti sunt sacerdotes
reg. in nat. sci siluestri. cap

EV S C D M MATH.
IN ILLO TEM^{PO}. dixit hē discip suis
Uigilate ergo. usq; sup omia bona cōstitu
et eum. **IN ASSUMPTIONE SC^E**
MARIE. LEC LIB SAPIENT.

I nomib; requie quesui. et in heredi-
tate dñi morabor. Tunc p̄cepit &
dixit mihi creator om̄ium. et qui
creauit me. requieuit in tabnaculo
meo. et dixit mihi. In iacob in habita.
et in isrl̄ hereditare. et in electis meis
mitte radices. Et sic in sion firmata
sum. et in ciuitate sc̄ificata similiter
requieui. et in hierusalem potestas
mea. Et radicaui in populo honori-
ficato. et in parte dī mei hereditas il-
lius. et in plenitudine sc̄orū detentio
mea. Quasi cedrus exaltata sum
in libano. et quasi cipressus in monte
sion. Et quasi palma exaltata
sum in cadef. et quasi plantatio.

rosæ in iericho. Quasi oliua speciosa
in campis. et quasi platanus exaltata
sum iuxta aqua in plateis. Sicut
cinnamomum et balsamum. arom-
tizans. odorem dedi. Quasi mirra
electa. dedi suauitatem odoris.

EV SC DM LV C.

IN ILLO TEM P. **I**ntrauit
ihc in quoddam castellum. usq; que
non auferetur ab eo.

IN NAT SCI AG APITI. LEC

EP. B. PETRI APPL.

ROMI. **B**enedictus ds. et pater dñi
nr̃i ih̃u xpi. qui sec̃dm suam mag-
nā misericordiā. regenerauit nos in
spem uiuam. p̃ resurrectione ih̃u xpi.

ex mortuis. in hereditatem incor-
ruptibile. et incontaminatā. et in-
marcescibile coronā conseruatā in celis
in uobis qui in uirtute dei custodimini per
fidem in salutē. paratā reuelari in
tempore nouissimo. in quo exultabitis
Modicum nunc si oportet contrista-
ri in uariis temptationibus. ut probatio
ure fidei preciosior sit auro. quod pignus
probat. Inueniatur in laudem &
gloriam et honorem. in reuelationem
in ihesu christi. Ipse signa et imperium. in
secula seculorum amen

E N S C M L V C A.

IN ILLO TEM P. dixit ei discipulus el.iii.
S in tumbis uiri per omnes. usque filius hominis

ueniet. FR VI. LEC LIB SALO

Filium si susceperis. MONIS.
sermone meos. et mandata mea
absconderis post te. ut audiat sapi
entiam auristua. inclina cor tuum
ad agnoscendam prudentiam. Si enim
sapientiam inuocaueris. et inclinaueris
cor tuum prudentie. si quesieris eam
quasi pecuniam. et sicut thesauros es
fodieris illam. tunc intelleges timo
rem domini. et scientiam diueneris.
Quia dominus dat sapientiam. et ex ore eius
scientia et prudentia. Custodiet
rectorum salutem. et proteget gradien
tes simpliciter. Seruans semitas
iusticie. et uias sanctorum custodiens.

E N S C D M. L U C A.

IN ILLO TEM P. Interrogatus
iherosolymitanis quando uenit regnū di
usq; illuc congregabunt² aquilae.

S A B B. A D G A L A T H A S.

R S. O bsecro uos. nihil me desistis

scitis autem quia p infirmitatē carnis
euangelizaui uobis iam pridē. et
temptationē urām in carne mea non
spreuistis neq; respuistis. sed sicut an
glm di excepistis me. sicut xpm in hūm
I bīc ergo beatitudo urā. testimon
um enim phibeo uob. quia si fieri
potuiss&. oculos uros eruissetis. et
dedissetis m¹. Ergo. ego inimicus uob
fact⁹ sū. uerū dicens. Nemulant² uos.

quidā non bene. - sed excludere uos uo-
lunt. ut illos emulemini. Bonum
autē emulamini. - in bono semper. Per
ih̄m xp̄m. - dñm. nr̄m.

1 B XIII. POST PENT.

AD CORINTH.

FR S. - Non enim nosmetipsos p̄di-
camus. - sed ih̄m xp̄m dñm nr̄m. Nos
autem seruos ur̄os. - p̄ ih̄m. Quidē
quidixit de tenebris lucem splendescere
inluxit in cordib; nr̄is. ad illumina-
tionem scientiæ. claritatis dī in faciem
xp̄i ih̄u. Habemus autem thesaurum
istum in uasis fictilib; . - ut sublimitas
sit uisus dī. et non ex nob. In omib;
tribulatione patim². sed n̄ angustiam².

Non poriam² sed nō destitui² Persecutionē
patim² sed nō derelinquim² Deicim²
sed non perim² Semp in mortificationē
ihū in corpore uro circūferentes. ut et uita
ihū xpī in corporib; nrīs manifestetur

E V. S C D M M A R C.

N I L L O T E M P. Exiens ihc
de finib; tiri. usq; et surdos fecit audire
et mutos loqui

I N N A T S C I M A G N I.

A D T H E S A L O N I C E N S.

R S. Vos autē imitatores facti
estis ecclesiarū dī. quę sunt in iudea in
xpō ihū Quia eadem passi estis et uos
a contribulib; urīs. sicut ipsi iudeis.
quia dnm occiderūt ihīm. et pphetas. &

Lxxii

nos p̄secutisunt. et dō non placuerunt
et omib; hominib; aduersant². prohi
bentes nos gentib; loqui. ut salues fiant
ut impleant peccata sua sēp. Puenit
enī radi sup̄ illos. usq; in finē. Nos aut
fr̄s desolati uobis ad tempus. ore. aspec
tu. non corde. Abundantius festinamus
faciem ur̄am uidere. in multo desiderio.
Qm̄ uolumus uenire ad uos. ego quidē
paulus. et semel ceterū. et impediunt
nos satanas. Quae enim spes aut
gaudium. aut corona glorie. n̄ne uos
ante dñm nr̄m ih̄m xp̄m.

N A T S C I T I M O T H E I.
F R S. G r a t i a s A D R O M A N.
Agere debemus dō sēp prouobis. sic

dignum est. qm̄ semp̄ crescit fides ur̄a
et abundat caritas unius cuiusq; om̄iū
urm̄ inuicem. itaut et nos ipsi glori
emur in uob. in ecclesiis dī p̄ patientia
ur̄a et fide. in om̄ib; p̄secutionib; ur̄is
et in tribulationib; quas et sustinetis
in exemplum iusti iudicii dī. ut digni
habeamini in regno dī. p̄ quo & patimur.
ita m̄ iustū ē apud dñm retribuere retri
butionē. his qui uos tribulant. ut uob
qui tribulamini. requiē nobiscum.
In reuelatione dñi nr̄i ih̄u xpi

E V S C D M L V C.

IN ILLO TEM P. dixit h̄c disc̄p̄ suis

Siquis uenit ad me. et non odit patrē.

usq; n̄ potest meus ēē discipulus

clxxxv

I. N. N. A. T. S. C. I. B. A. R. T. H. O. T. A. P. T. I.

F R. S. : A. D. E. F. F. E. S. I. O. S.

I. a. m. n. o. n. e. s. t. i. s. h. o. s. p. i. t. e. s. . r. e. q. r. e. t. r. o. c. a. p.

I. N. S. C. D. M. L. V. C. A.

I N. I. L. L. O. T. E. M. P. F. a. c. t. a. e. c. o. n. t. e. n. t. i. o.

i. n. t. e. r. d. i. s. c. i. p. u. l. o. s. i. n. u. . u. s. q. ; i. u. d. i. c. a. n. t. e. s.

xii. t. r. i. b. u. s. i. s. r. a. e. l. N. A. T. S. R. U. F. I.

A. D. H. E. B. R. E. O. S.

F R. S. : D. o. c. t. r. i. n. i. s. u. a. r. i. i. s. e. t. p. e. n. e. g. r. i. n. i. s.
r. e. q. r. e. t. r. o. c. a. p. N. T. S. A. U. G. U. S. T. I. N. I.

E. T. H. E. R. M. E. T. I. S. . A. D. C. O. R. I. N. T. H.

F R. S. : G. r. a. t. i. a. s. a. g. o. d. o. m. e. o. .
q. d. o. m. n. i. u. m. u. r. m. l. i. n. g. u. a. l. o. q. u. o. r. . S. e. d.
i. n. x. e. l. a. . u. o. l. o. q. u. i. n. q. ; u. e. r. b. a. s. e. n. s. u. m. e. o. l. o. q. .
u. t. & a. l. i. o. s. i. n. s. t. r. u. a. . q. u. a. x. m. i. l. i. a. u. e. r. b. o. r. u. m.
i. n. l. i. n. g. u. a. . F. r. s. . n. o. l. i. t. e. p. u. e. r. i. e. f. f. i. c. i. s. e. n. s. i. b.

sed malicia paruuli estote. In lege enim
scriptū ē. Quā ualuis linguis. et labiis alius
loquar populo huic. et nec sic exaudiet
mediet dñs. Itaq; lingue insignis sunt.
non fidelib; sed infidelib;. Prophetia autē.
non infidelib;. sed fidelib;. Si ergo con
ueniat uniuersa ecclia munum. et om̄s
linguis loquant^r. intrent autē et idiote aut
infideles. nonne dicent qd insantis.
iaut et om̄s pphetent. intret autē quis
infidelis uel idiota. conuincit^r ab omib;
diudicat^r ab omib;. Occulta enī cordis
eius. manifesta fiunt. Et ita cadens
in faciem adorabit dñm. p̄nuntians qd
uereds in uobis sit. Quid ergo ē fr̄s.
um conuenitis. unusquisq; ur̄m psalmū

habet. doctrinā habet. apocalipsin
habet. linguam habet. interpretatione
habet. omnia ad edificationē fiant.

I n xpo ihu dno nro

EV SCOM LUCIA.

xliv.

I N ILLO TEM P **D** escendens
ihc de monte. stetit in loco campestri
usq; mercesura copiosa ē in celis

NAT. S. FELICIS. ET AUDACTI. ET DE

COLLE SCI. IOH BAP. AD

F R S. *THESSALONICENS.*

P redicamus vobis euangelium di.
uos testes estis etis. quam scē et iuste
et sine querela vob qui credidistis. sum
sic scitis. Qualiter unumquēq; urm
tanquā pater filios suos deprecantes vo

et consolantes testificati sumus. ut am-
bularetis digni dō. qui uocauit nos in
suum regnum et glām. Ideo et nos grās
agim' dō sine intermissione. qm̄ cum
accepissetis a nob uerbū auditus dī. acce-
pistis non ut uerbū hominū sed sic est
uere uerbū dī. qui operat' in uob. qui cre-
didistis. Uos enim imitatores facti
estis fr̄s ecclesiarū dī. quæ sunt in iudea
in xpō ih̄u. Quia eadem passi estis
et uos a contribulib; ur̄is. sic et ipsi a
iudeis. qui et ipsum dñm occiderunt
ih̄m. et pphetas. et nos psecuti sunt. &
dō non placent. et omib; hominib; ad-
uersant'. phibentes nos gentib; loqui.
ut saluæ fiant. ut impleant peccata sua.

semp. Preuenit enim ira dei sup illos.
usq; in finem. Nos aut frs desolati
uob ad temp. ore. aspectu. n corde. &
bundantius festinauim' facie uram uidere
cum omi desiderio. qm uoluim' uenire
ad uos. Ego quide paulus et semel et iteru
sed impediuit nos satanas. Quae est
enim nra spes. aut gaudium. aut coron
glae. Nonne uos ante dnm nrm ihm
xpm estis. in aduentu eius. Uos em
estis gla nra. et gaudium.

E V S C D M M A R C.

LXVIII.

IN illo temp. Misit herodes
et tenuit iohannem usq; et posuerit illud
in monumentum. I R IIII.

L E C LIB. S A L O M O N I S

ilimi. ne obliuiscaris legis mee. et p̄
cepta mea custodiat cor tuum. Lon
gitudine enim dierū. et annosuita &
pacem. apponent tibi. Misericordia
et ueritas. n̄ te deferant. Circūda
eas guttur tuo. et describe in tabulis
cordis tui. et inuenies grām et discipli
nam bonā. corā dō & hominib;
Abbe fidutiā in dñō ex toto corde tuo.
et ne inuitaris prudentiæ tuæ. In
omib; iustis cogita illum. et ipse
dirigat gressus tuos.

E V S C D M M A T H.

[N illo temp̄. Transiit ih̄u.
secuti sunt eum duo ceci. usq; et
omnem infirmitatē.]

Transiit ih̄u.

Lxxv.

FR VI.

LEC LIB S ALO MONIS.

Filium. nescis sapiens apud te ipsum
time. recede a malo. Sanitas quip
pe erit umbilico tuo. & irrigatio
ossuum tuorum. Honora dominum de tua
substantia. et de primitiis omnium fru
gum tuarum. ut impleantur horrea
tua saturitate. et vino torcularia re
dundabunt. Disciplinam domini filium
ne abicias. ne deficias cum ab eo corri
peris. Quem enim diligit dominus corripit
quasi pater in filio. complacet sibi
Beatissimus homo. qui inuenit sapientiam. &
qui affluit prudentia. Melior est ad
quisitio eius negotiatione argenti et aur
primi et purissimi. Fructus eius precio

ē cunctis opib; . et omnia que deside-
rant². huic non ualent comparari

Longitudo dierum in dextera eius. in si-
nistra illius. diuitiæ — et gloria

Uix eius. uia pulchre. et om̃s semitæ
illius pacificæ. Lignū uitæ ē his qui
apprehenderint eam. et qui tenuerit

eā beatus. Dñs sapientia fundauit
terrā. et stabiliuit celos prudentia.

Sapientia illius eruperunt abyssi. &
nubes rore conuescunt. Nil mine
effluant hæc ab oculis tuis. Custodi
legem atq; consilium. et erit uita
animæ tuæ. et grā in faucib; tuis

IŪ S C D M M A T H.

IN ILLO T E M P . C A E P I T I N C

C VIII.

exprobare ciuitatib; . usq; remissius erit
indie iudicii quam tibi

SAB B A D C O L O S E N S.

FRS. **U**olo enim uos scire.
qualem sollicitudine habeam pro uobis
et pro his qui sunt laodicee et qui cuiq; n
audierunt faciem meam in carne. ut
consolent² corda ipsorum. instructi
in caritate. et in omis diuitias plenitu
dinis intellectus. in agnitionem misterii
di patris xpi ihu. in quo sunt omis
thesauri sapientie. et scientie abscondite
Hoc aut dico. ut nemo uos circumuen
iat. in sublimitate sermonu. Nam
et sic corpore absens sum. sed spu uobiscu
sum. gaudens et uidens ordinem urm

et firmamentum eius quæ in xpō ē
fidei unē. Sicut ergo accepistis dñm
ih̄m xp̄m. in ipso ambulate. radicati
et sup̄ ædificati in ipso. et confirmati
fide. Sicut et didicistis. abundantes
in ea gratiarum actione. Per ih̄m xp̄m
dñm nr̄m. **EBD XIII. P' PENT.**

AD GALATHAS.

R S. **H**braea edicta sunt
promissiones. et semini eius. Non
dicit et semini; quasi in multis. sed
quasi in uno. et semini tuo qui ē xp̄s
Hoc autē dico. testamentū confirmatū
adō. quæ post quadringentos. et
triginta annos facta ē lex. non
irritam facit ad euacuandā p̄missione.

296

Nam si ex lege hereditas: iam non ex pro
missione. Abrahæ aut. per promis
sionē donauit dñs. Quid igitur lex.
propter transgressionē posita ē. do
nec ueniret semen cui p̄miserat. ordi
nata per angelos. in manu mediatoris.
Mediator autem unus nō ē. dñs aut unus
est. Lex ergo aduersus p̄missā dī.
absit. Si enim data eēt lex quæ posset
uiuificare. uere ex lege eēt iusticia.
Sed conclusit scriptura. omnia sub pec
cato. ut p̄missio ex fide ih̄u xp̄i da
retur credentib; *EV. SCDM LVC.*

IN ILLO TEM P. dixit ih̄s discip̄ suis
Beati oculi qui uident quæ uos uidetis
usq; uade et tu fac similiter.

IN NAT SCI PRISCI.

Stabunt iusti in magna constantia
regi innoxii sci uincenti mart **FA. III.**

LEC LIBRI SALOMONIS.

Audi filium disciplinā patris tui. et ne
dimittas legem matris tue. ut addat²
grā capiti tuo. et torques collum tuo.
Filium si te lactauerint peccatores. ne
adquiescas eis. Si dixerint ueni nob²
cum. insidiam² sanguini. Abscondam²
tendicula contra insontem frustra
deglutiamus eum sic infernus uiuentē
et integrum quasi descendente in lacū
O mem preciosam substantiā repperiem⁹
implebimus domus nrās spoliis.
sostem mitte nobcū marsupium unū

sit omnium nr̃m. **I**ilimi. ne ambules
cum eis. prohibe pedem tuum. a semi-
taseorum. Pedes enim illorū ad ma-
lum currunt. et festinant. ut effundant
sanguinem. Frustra autē iactat rete.
ante oculos pinnatorum. Ipsiq; extra
sanguinem suum insidiant. et molunt
fraudes. contra animas suas. Sic se-
mitæ om̃s iniquæ. animas possidentium
rapiunt. Sapientia foris p̃dicat. in
plateis dat uocem suā. in capite turba-
rum clamat. in forib; postarum urbi-
p̃fert uerba sua dicens. Usq; quo parui
li diligitis infantia. et stulti ea que sibi
sunt noxia cupiunt. & imprudentes
odibunt scientiā. **C**onuertimini

ad correctionem meam. et proferam uob
spem meam. et ostendam uob uerba mea.

Quia uocaui & rennuistis. extendi manu
meam. et non fuit qui aspiceret. Despexis
tis omne consilium meum. et increpationes
meas neglexistis. Ego quidem in in
terituum ridebo. et subsannabo. cum
uobis quod timebatis aduenerit. Cum
irruerit repentina calamitas. et intarit
quasi tempestas ingruerit. quando
uenerit super uos tribulatio. et angustia.
Tunc inuocabunt. et non exaudiam. in me
consurgent. et non inuenient me. eo quod
exosam habuerint disciplinam. et timorem
domini non susceperint. nec adqueuerint con
silio meo. et detraxerint uniuersae correptioni

omni mace. Comedentigit² fructus uite
sue. suisq; consiliis saturabunt². A
uersio paruulorum interficiet eos. &
p'speritas stultoru p'de eos. Quiaut
me audierint. Absq; terror quiescet.
et Abundantia p'fruetur. malorum
more sublato. Filium si susceperis
sermone meos. et mandata mea ab
sconderis penes te. ut audiat sapien
tia iuristia. inclina cor tuum ad
cognoscenda prudentia. Si enim sa
pientia inuocaueris. et inclinaueris
cor tuum prudentie. si quesieris illa
quasi pecuniam. et sic thesauros effo
deris eam. tunc intelleges timore
dni. et scientia di inuenies. Quia

dn̄s dat sapientiā. et ex ore eius scientia
et prudentia. Custodiet rectorum salu
tem. et proteget gradientes simpliciter
eruans semitas iusticie. et uias scōrū
custodiens. Tunc intelleges. iusticiā
iudicium et aequitatem. et om̄em
semitā bonam. Si intrauerit sapientia
cor tuum. et scientia animæ tuæ pla
cuerit. consilium custodiet te. Et
prudentia seruabit te.

IN SC D M MATH.

In illo tempore. Ab euntēs phari
sei. consilium faciebant aduersus iēm
usq; in nomine eius gentes sperabunt.

cxvii.

FR. VI. LEC. LIB. S. SALOMON.

Principium sapientie. possidesapi

entiam. et in omni possessione tua. ad
quire prudentiam. Arripe illam. et
exaltabit te. Glorificaberis ab ea. cum
eam fueris amplexatus. Dabit capiti
tuo augmenta gratiarum. et corona
inclita proteget te. Audis filium. et susci
pe uerba mea. ut multiplicent² anni
uite. Uiam sapientie monstrabo
tibi. ducam te per semitas aequitatis.

Quas cum ingressus fueris. narra² bunt
gressus tui. et currens non habebis offen
diculum. Inne discipulam. ne dimi
tes eam. Custodi illam. quia ipsa est
uia tua. Ne delecteris in semitis impi
orum. nec tibi placeat malorum
uia. Fuge ab ea. ne trans eas per illam.

declina & desere eam. Non enim
dormiunt nisi male fecerint. et rapit²
ab eis somnus. nisi subplantauerint.
Comedunt panem impietatis. et uinum
iniquitatis bibunt. Iustorum aut
semita. quasi lux splendens procedit.
et crescit. usque ad perfectum diem.
In illo tempore. *EV SCDM LUC.*

clxxviii
Dum iret ihc per ciuitates et castra ad coas
usque. et sunt primi qui erant nouissimi.

SAB. AD TESSALONICENS.

RS. *F*iduciam habuimus in
dō nrō loquendi ad uos euangelii
di. in multa sollicitudine. Exor
tio enim nrā. non ex errore. neque ex
immunditia. neque in dolo. sed sic prout

sumus adō. ut crederet² nob euanglm
ita ut loquim². Non quasi hominib;
placenter. sed dō qui pbat corda nra
N eq; enim aliquando in sermone adu
lationis sumus sicut scitis. neq; in
occasione auaricie. dī testis ē. Neq;
querentes ab hominib; glām. neq; a
uob. neq; ab aliis. cum possimus ho
neri ee. ut xpi apti. sed facti sumus
paruuli in medio urm. tanq; si uirix
foueat filios suos. Ita desiderantes
uos. cupimus participari uob cum
non solum euangelium dī. uerum
etiam nras. qm carissimi nob facti
estis. In xpo ihu dno nro

EBD XV. POST PENT.

A D G A L A T H A S.

F R S **S** pū ambulate. & desideria
 carnis non perficiatis. Caro enim concu-
 piscit aduersus spm. et sps. aduersus
 carnem. Haec enim inuicē sibi aduer-
 santur. ut non quaecumq; uultis. illa
 faciatis. Quod si spū ducimini. nēstis
 sub lege. Manifesta autem sunt. o-
 pera carnis. Quae sunt. fornicatio-
 nes. immunditia. luxuria. ido-
 lorum seruitus. Beneficia inimicitiae.
 contentiones. emulationes. Ir. rixae.
 dissensiones. sectae. inuidiae. homi-
 cidia. ebrietates. commessationes.
 Et his similia. quae predico uobis. sic
 pdixi. qm̄ qui talia agunt. regnū di-

non consequentur. Fructus enim
sp̄s ē. Caritas. gaudium. pax. pati
entia. longanimitas. bonitas. benignitas. fides. modestia. continentia
castitas. Aduersus huiusmodi. nē
lex. Quia ut sunt xpi. carnem suā
crucifixerunt. cum uitiis et cōcupiscen
tiis. *E V S C D M L V C*

IN ILLO TEM P. Dum in
iherusalem. usq; quia fides
tua te saluum fecit. *IN NAT. S. MA*

IN OMNIB; requiem *RIF. L. LIB SAP.*
quesiui. require in assumptione scē
marie. cap

E V S C D M M A T H.
Lib generationis ihū xpi. usq; de qua

natus est ih̄c. qui uocat^r xp̄c

I N N A T̄ S C I A D R I A N I . L E C .

E P I . B . I A C O B I A P L I .

Let̄. **O**mne gaudium existim̄te
req̄r̄ retro. in nat̄ sc̄i georgi. cap̄

E V S C D M I O H .

In illo temp̄e. dix̄ ih̄c discip̄ suis

cxviii

Ego sum uis uera. usq̄;

I N N A T̄ S C I G O R G O N I .

A D P H I L I P E N S .

Frs. **U**obis donatum est p̄ xp̄o
non solum ut in eum credatis. sed ut
& iā p̄ illo patiamini. Idem certamq̄
habentes. quae tecum uidistis in me. &
nunc audistis de me. Siqua ergo
consolatio in xp̄o. si quod solatium

caritatis. siq̃ societas sp̃s. si qua in seera
miserationis. implete gaudiū meum
ut id ipsum sapiatis. eandē caritatem
habentes. unanimes. id ipsum senti
entes. Nihil p̃ contentionem. neq̃ p̃
inanē gloriā. sed in humilitate m̃as
sup̃ior^{sibi} inuicem arbitantes. Non
que sua sunt singuli considerantes.
sed ea que aliorum. pro xp̃o ih̃u
dño nr̃o. **IN. N. S. PTI. ET IA**

CINCTI. AD CORINTHIOS

FRS. Scitis quia spectaculum
facti sumus huic mundo. et anglis &
hominib. Nos stulti propter xp̃m
uos aut̃ prudentes in xp̃o. Nos in
firmi. uos aut̃ fortes. Uos nobile

nos aut ignobiles. Usq; in hanc horā.
etesurimus et sitimus. et nudi sumus.
et colaphis cedim². et instabiles sumus
et laboramus operantes manib; nrīs
in a medicam². et benedicimus. Persecuti
onem patim². et sustinemus Blas
phemiam². et deprecam². Tanq purga
mēta huius mundi facti sumus. omi
um pīpissima. usq; adhuc Pro xpo
ihū dño nrō.

EV S C D M MATH.

In illo tempore. dixit ihc discipulis suis LXXXVI
Cum psecuntur uos in ciuitate ista.
usq; corā patre meo. qui ē in celis FR. III.

LEC LIB SALOMONIS.

Filii audi sermone sineos. et

ad eloquia mea inclina aurem tuam. ne
recedant ab oculis tuis. Custodiet
in medio cordis tui. Vita sunt enim
in uenientibus eam. et in uersa carni
sanitas. Omni custodia serua cor tuum.
quia ex ipso uita procedit. Remoue
a te os prauum. et de harentia labia
sint pcul a te. Oculi tui recta uideant
et palpebre tue pcedant gressus tuos.
Dirige semitam pedibus tuis. et comsuue
tue stabilient². Ne declines ad
dexteram. et ad sinistram. ne uertat pede
tuum a malo. Uias enim que ad dextris
sunt nouit dñs. puerse uero sunt
que a sinistris sunt. Ipse autem re
tos faciet gressus tuos. itinera autem

tua in pace pducet. Filium adtende
sapientiā meā. et prudentiā meā
inclina aurem tuam. Ut custodias
cogitationes. et disciplinā labia tua
conseruent. *EN SCDM MATR*

In illo tempore. *U*enit ad ihm le- *xviii.*
sus. et deprecans eum. usq; et conuenie-
bant ad eum undiq; *S A B B*

L E C L I B S A L O M.

Filium. accipe disciplinā meā. et non
pecuniam. doctrinā magis quam au-
rum elige. Melior ē enim sapientia
cunctis p̄ciosissimis. et om̄e desiderabile
ei non potest comparari. Ego sapien-
tia habito in consiliis. et eruditus int̄
sum cogitationib; Timor dñi. odit

malum. Arrogantiam et supbiam. &
uiam prauam. et os bilingue detestor.
Meum consilium & aequitas mea pru-
dentia. mea est fortitudo. Per me
reges regnant. et legum conditores
iusta decernunt. Ego diligentes me
diligo. et qui mane uigilant ad me
inuenient me. *EV. SCDM LUC.*

xxviii.

In illo tempore dixit ihc similitudine hanc
homo quidam nobilis abiit in regionem lon-
ginquam. usque ascendens in hierusalem.

EBD XVI. P' PENTEC.

AD GALATHAS.

FRS. *S*umimus spu. et spu
et ambulemus. Non efficiamur in
anis glorie cupidi. inuicem puocantes

inuicem inuidentes. Et si preoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto. uos
qui spirituales estis. huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis. Considerans te ipsum.
ne et tu temptaris. Alter alterius
onera portate. et sic ad implebitis legem
christi. Nam si quis existimat se aliquid
esse cum nihil sit. ipse se seducit.
1) pus aut suum probet unusquisque. et
sic in semetipso tantam gloriam habebit
et non in altero. Unusquisque enim onus
suum portabit. Communique autem is
qui cathemat² uerbum. ei qui se cathema-
tat in omnibus bonis. Nolite errare.
deus non irridet². Qui ueni seminare
homo. haec et metet. Quiq; seminat

in carnes sua. de carne et metet corrup
tionē. Qui autē seminat in spū. de
spū et metet uitam aeternā. Bonū
autē facientes. non deficiamus. Te
pore enim suo metemus. non deficiemus.
Ergo dum tempus habemus. operemur bo
num ad omnes. Maxime autē. ad
domesticos fidei.

EV S C D M M A T H

viii. **I**N ILLO TEM P dixit ihc discipulis
Nemo potest duobus dominis seruire.
usq; et hæc omnia adicient vob FR. III

LEC LIBRI TOBIÆ

IN DIEB; ILLIS. Dixit
raphahel angelus ad tobiam. Bene
dicite dñi celi. et corā omnib; uiuenti

confitemini illi. qm̄ fecit nobiscum
misericordiā suam. Et enim sacra-
mentum regis abscondere bonum est.
opera aut̄ reuelare. et confiteri honori-
ficum ē. Bona ē oratio cum ieiunio.
et elemosina magis quam thesauri con-
dere. Qm̄ elemosina a morte liberat.
ipsa ē que purgat peccata. et facit in-
uenire uitā aeternam. Qui aut̄ faciunt
peccatū & iniquitatē. hostes sunt
anime sue. Manifesto ergo uobis
ueritatem. et non abscondā a uob
sermonem occultum. Quando ora-
bas cum lacrimis et sepeliebas mortuos.
et derelinquebas prandium tuum. &
mortuos abscondebas p̄ diem in domo

tua. et nocte sepeliebas eos. ego optuli
orationem tuam dñō. Et acceptus
eras dñō. - necessē fuit ut temptatio p
barette. Et nunc misit me dñs. ut
curare te. - et sarā uxorem filii tui ad
monio liberarem. Ego enim sum
Angelus raphael. - unus ex septem
qui assistimus ante dñm. Cumq;
hæc audissent. - turbati sunt. & trem
tes ceciderunt sup̄ terrā in faciem suā.
Dixitq; eis angelus. Pax uob. nolite
timere. Et enim cum eēm uobcū.
p̄ uoluntatem dī. Ipsum bene
dicite. - et cantate illi. Videbar quidē
uobiscum manducare et bibere. - sed
ego cibo inuisibili et potu qui ab hominib;

uideri non potest utor. Tempus est
ergo ut reuertar ad eum qui memisit.

Uos autem benedicite dñm. et enarrate
omnia mirabilia eius. Et cum hæc
dixisset. ab aspectu eorum ablatus est
et ultra eum uidere non potuerunt.

Tunc prostrati per horas tres. in faciem.
benedixerunt dñm. Et exurgentes.
narrauerunt omnia mirabilia eius.

IN SC D M MATH.

In illo tempore. dixit hñc discipulis suis. xxxvi
Audistis quia dictum est antiquis. n̄ peiu-
rabis. usque ne auertaris.

*IN EXAL
TATIONE SC E CRUCIS*

FRS. **H**oc enim sentite in uobis.
neque retro dominica in palmiss cap

In illo tempore. Erat homo ex phari
seis nichodem nomine. usque sed habet
vitam eternam.

EODĒ DIE CORNELII ET CIPRI
ANI. LEC LIB SAP.

Expectatio iustorum leticia. spes aut
impiorum peribit. Fostitudo
simplicis iudicii. et pavor his qui operantur
malum. Iustus in eternum non commovebitur.
impium non habitabunt terra.

Os iusti parit sapientiam. lingua p
uorum peribit. Labia iusti consi
derant placita. os impiorum perversa
Simplicitas iustorum diriget eos. et
supplantatio perversorum vastabit illos.

Iusticia rectorum liberabit eos.
in insidiis suis capientur iniqui. Iustus
de angustia liberatus est. et tradet² impijs
pro eo. Simulator ore decipit amicum
suum. iusti autem liberabunt² scientia.
In bonis iustorum exaltabit² ciuitas.
et in perditione impiorum erit clauda-
tio. In benedictione iustorum. exal-
tabitur ciuitas.

EN SC DM LUC A.

In illo tempore. Dicebat ihc turbis **exl.**
phariseorum. Clauos quia edifica-
tis. usq; ut accusarent eum. **FR. VI.**

LEC LIBRI TOBIAE

In diebus illis. Aperiens autem tobias
senior ossuum. benedixit dm et dixit.

Magnus es dñe in æternum. et in omnia
secula regnum tuum. Quia tu flagellas.
et saluas. decem^{du} ad infernum adducis.
et nō ē qui effugiat manū tuā. Confi-
temini dño. filii isrl. et in conspectu
gentium laudate eum. Quia ideo disp-
sit uos in gentes. quia ignoranteum.
ut uos narretis mirabilia eius. et faci-
atis scire eos. quia non ē alius dñs omps
p̄ter eos. Ipse castigauit nos p̄pt̄ in
iquitates nr̄as. et ipse saluabit nos
p̄pt̄ misericordiam suam. Aspici-
te ergo quæ fecit uobiscum. et cum
timore et tremore confitemini illi
regemq; sectorum exaltate in opib;
uris. Ego autē in terra captiuitat

mex confitebor illi. qm̄ ostendit ma
iestatē suam ingentē peccatrice

Conuertimini itaq; peccatores. et
facite iusticiam coram dō. credentes
quod faciat uobiscum. misericordiā
suam. Ego aut̄ et anima mea in eo
letabimur. *EV̄ SCD̄M LUC̄A.*

In illo temp̄r. *Factum est in*
unadierum. docente ih̄u populū in
tēplo. usq; in q̄ potestate h̄c facio.

ce xl.

SABB̄ AD THESALONIC̄.

FRS. *D*enuntiam' uobis in nom̄
nednī nrī ih̄u xpī. ut subtrahatis uos
ab omni fr̄e ambulante inordinate.
et non scd̄m traditionē. quā acce
perunt a nob̄. Ipsi enim scitis. quē

admodum oportet imitari nos. Quoniam
inquieta fuimus inter uos. neque gratis
panem manducauimus ab aliquo. sed
in labore et fatigatione nocte & die ope
rantes. ne quem uerum grauaremus.

Non quasi non habuerimus potestatem.
sed ut nosmetipsos formam daremus uobis
ad imitandum nos. Nam cum eam
apud uos. hoc denuntiamus uobis.

quoniam si quis non uult operari. nec manduca

Audiuimus enim quosdam inter uos am
bulare inquiete nihil operantes. sed
curiose agentes. His autem quicuiusmodi
sunt denuntiamus et obsecramus in domino
Iesu Christo. ut cum silentio operantes
suum panem manducant. Vos autem

fr̄s. nolite deficere benefacientes
i) iquis aut non ob audit uerbo nr̄o.
p epistolā hunc notate. et non cōmis
ceamini cum illo. ut confundatur

Et nolite quasi inimicū existimare.
sed corripite ut fratrem. Ipse autē
dn̄s pacis. det uobis pacem sempiternā
in omī loco. Dn̄s cum omib; uob
Amen. **EB. XVII. P. P. ENT.**

AD EPHESIOS.

RS. **O** bsecro uos ne deficiatis
in tribulationib; meis p uob. quē est
gl̄a ur̄a. Huius reigrā flecto genua
mea ad patrē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. ex quo
omnis paternitas in celis et in terra
nominat^r. ut det uob scđm diuitias

gl̃e suae iustitiam. corroborari p̃sp̃m
eius. in interiore homine habitare
xp̃m p̃ fidem in cordib; uris. Incarnate
radicati et fundati. ut possitis cōpre
hendere cum omnib; sc̃is. quā sit lon
gitudō. latitudo. sublimitas et p̃fundū
Scie etia sup̃eminente scientiæ. carita
tem xp̃i. ut impleamini in omne ple
nitudinē dī. **E**i autem qui potens est
omnia facere sup̃abundanter quā pe
timus aut intellegimus. sc̃dm uirtutē
quæ operat̃ in nob. ipsa signa in x̃p̃o ih̃u.
in om̃s generationes sc̃cl̃i
seculorum Amen.

I EŮ SC̃DM LUC̃A.

I N ILLO TEM P. **I** BATHEN in

ciuitatem que uocat² naim. usq; quia
ds uisitauit plebem suam

I N N A T S C I N I C O M E D I S

A D T I M O T H E U M.

Me. **N**emo militans dō. impli
cet senegociis secularib; . uttiplaceat
cui se probauit. Nam et qui cestat in agone.
nō coronat². nisi legitime cestauerit. La
borantem agricolā. oportet primū
de fructib; percipere. Intellege quod dico.
Abit enim tibi dñs. in omnib; intellectu
Memor esto dñm ih̄m xp̄m. resurrexisse
a mortuis. ex semine dauid. secūm e
uangelium meum. In quo laboro
usq; ad uincula. quasi male operans.
Sed uerbum dī. non ē alligatum.

I deo omnia sustineo ppter electos. ut
et ipsi salutē consequant². quæ est in
xpō ihū. cum glā celesti.

EV SCDM LUCÆ.

IN illo temp^r. dixit ihc discip^s suis
*S*iquis uult post me uenire. donec uide
ant regnum dī.

*NAT. S. LUCIÆ. ET
EUPHEMIÆ. LEC LIB SAP.*

Confitebor tibi dñe rex. req^r. in nat^e scē
agnētis cap^o.

EV SCDM MATH

IN illo temp^r. dixit
ihc discip^s suis. *S*imile est regnū celoz
thesauro abscondito. usq; noua ætate.

FA. III. LEC LIB TOBIAE.

IN dieb; illis. dixit tobias. Bene
dicite dñm omēs electi eius. agnēdies

leticie. & confitemini illi. Hierusalem
ciuitas dei. castigaunte dominus in operibus;
manuum tuarum. Confitere domino
in bonis tuis. et benedic dominus seculorum
ut reedificet in te tabernaculum suum
et reuocet ad te omnes captiuos. et gaude
as in omnia secula seculorum. Luce
splendida fulgebis. et omnes fines terre
adorabunt te. Nationes ex longin
quo ad te uenient. et munera deferen
tes. adorabunt dominum in te.

EV SC DM MARC.

In illo tempore. Exiens ihesus desi
nit; tyri. uenit p̄sidonē. usq; et surdos
fecit audire et mutos loqui.

Lxxiiii

IN NAT SCI MATHI EV. LEC

LEC LIBRI SAP.

Benedictio dñi. sup caput iusti. Ideo
dedit illi hereditatē. et diuisit ei partē
in tribub; duodecim. et inuenit grām
in conspectu omnis carnis. Et magni
ficauit eum in timore. inimicorū.
et in uerbis suis monstra placauit.

Glorificauit eum in conspectu regum.
et ostendit illi gloriam suam. In fide
et deuotē ip̄suis scm̄ fecit illū. et ele
git eum ex omī carne. Dedit illi p̄cep
ta. et legem uitę. et discipline. et ex
celsū fecit illū. Statuit ei testamētū
xternū. et circumcinxit eum zon
iusticię. Et induit eum dñs corū
glorię. **EV̄ SACD M̄ MAT H.**

IN ILLO TEM P . Cum Lxxi.
transiret in e . uidit homine sedente
in theloneo usq; sed peccatoris FR. VI.

LEC LIBRI TOBIAE.

IN dieb; illis . Dixit tobias
Anima mea benedicim . qm libe
rauit hierusalem ciuitate suam

Beatus ero si fuerint reliquie seminisq;
ad uidenda claritatem hierusale

Poste hierusalem ex saphiro et smarag
do edificabuntur . et ex lapide pretioso
omnis circuitus murorum eius Ex
lapide candido et mundo . omnes pla
tex eius sternerunt . et sup uicos eius alle
luia cantabunt . Benedictus ds qui ex
citauit eam . ut sit regnu eius in secula

sectorum · superam ·

I E N S C D M M A R C ·

I N Illo temp · **V**enit ihc bethsaida
& adducunt eum · usq; nemini
dixeris **I N D I E S A B B A T O ·**

A D C O R I N T H I O S

F R S · **O** s nrm patet aduos oco
rinthii · cor nrm dilatatum e · Non
angustiamini in nob · angustiamini
aut in viscerib; uris · Eandē aut
remunerationem · tanq filius dico ·
dilatamini aduos · Nolite iugū ducere
cum infidelib; · Quæ enim participatio
iusticiæ · cum iniquitate · Aut quæ
societas luci ad tenebras · quæ aut
conuentio xpi ad belial · Aut quæ

pars fidei cum infidele. quia
consensus templi dei cum idolis.

Uos autem estis templum dei uiui. sicut
dicitur. Quia in habitabo in illis. &
in illos. ambulabo. et ero illorum
deus. et ipsi erunt mihi populus. Propter
quod excedam medio eorum. & sepa-
ramini dicit dominus. et immundum ne
tetigeritis. et ego recipiam uos. Etero
uobis in patrem. et uos eritis mihi in filios
et filias. Dicit dominus omnipotens.

EBD. XVIII. POST PENT.

AD EPHESIOS

RS. Obsecro uos itaque ego
uinctus in domino. ut digne ambuletis
uocatione qua uocati estis. Cum omni

humilitate et mansuetudine. - cum pa-
tientia supportantes inuicem in carita-
te. Solliciti seruare unitatem sps. -
in uinculo pacis. Unum corpus. - &
unus sps. - sicut uocati estis in una spe
uocationis nr̃e. Unus dñs. - una fides.
unum baptisma. Unus d̃s et pater
om̃ium. - qui sup om̃s. & p om̃ia. &
in om̃ib; uobis.

E N̄ S E C O M L V C A.

IN ILLO TEM P. Cum in-
traret ih̃c in domũ cuiusdã principis
phariseoru. usq; exaltabitur. *FR. III.*

M̃SIS. VII. L E C̃ A M O S P P H

HAEC dicit dñs. Ecce dies
ueniunt. et comprehendet mator

messorem. et calcator uix. mittente
semen. Et stillabunt montes
dulcedinem. et omnes colles culti
erunt. Et conuestent captiuitate po
puli mei isrl. et edificabunt ciuita
tes desertas. et habitabunt in eis
Et plantabunt uineas. et bibent uinum
earum. Et facient hortos. et comedent
fructus eorum. Et plantabo eos
sup humum suam. et non euellam eos
ultra de terra sua quam dedi eis.
Dicit dñs omps. **U B I S N P.**
L E C L I B H E S D R A E.
Indiebus illis. Congregatus erunt
populus. quasi uir unus ad plateam
que est ante portam aquarum. et dixerunt

esdras scribe. ut afferret librum legis
moysi. quā precepit dñs moysi

Attulit ergo esdras sacerdos legem corā
multitudine uirorum & mulierū.
cunctisq; qui poterant intellegere. in
die prima mensis septimi. Et degit
in eo & pette in platea. quærat ante
portā aquarum. & maneusq; ad me
diam diē. in conspectu uirorū & mu
lierum. & sapientium. & aures omis
populi. erant erectæ ad librum. Ste
tit autē esdras scriba. sup gradum ligne
quem fecerat ad loquendum. & steter
iuxta eum. Et aperuit esdras librum
corā omni populo. sup uniuersum
quippe populum eminebat. Et

cū aperuiss& eum. - stetit omnis popl's

E t benedixit esdras dñō dō magno. &
respondit omnis populus amen.

E leuans omis populus manūs. - et incur
uati sunt. & adorauerunt pñi terrā.

P orro leuite silentium faciebant in poplo. -
ad audiendā legem. Populus autē
stabat in gradu suo. - et legerunt in libro
dī distincte. et a peste ad intellegendū.

O ix autem neemias sacerdos. Scribe
& leuite. - dies scificationis est dñō dō
nrō. nolite lugere. et nolite flere. Et
dixit eis. Ite comedite pinguia et bibite
mulsum. - et mittite pascas eis. qui non
p̄parauerunt sibi. quia sc̄s dies dñi ē.
et nolite contristari. Gaudiū & veni

domini est fortitudo uestra

FR. VI.

LEC OSEE PPH.

HAEC dicit dominus. **C**onuertere
israhel ad dominum deum tuum. quoniam corruisti
in iniquitate tua. Tollite uobiscum
uerba. et conuertimini ad dominum. Dicite
ei. omne iniquitatem aufer a facie tua. et acci-
pe bonum. et credemus uerbulis labi-
orum nostrorum. Assur non salua-
bit nos. super equos non ascendemus
nec dicemus ultra. deum nostrum opera manu-
um nostrarum. quia eius quoniam te miserabe-
ris populi. Sanabo contriciones
eorum. diligam eos spontaneus. quia eius
aduersus est furor meus ab eis. Et ro-
quesi-
ros. israhel germinabit quasi lilium.

scdm MAR.

In illo tempore. Respondens unus de turba. dixit. Magister. Attende
filium meum ad te. usque nisi in oratione et ieiunio

erumpet radix eius sicut libani. Ibunt
rami eius. et erit quasi oliua gloria
eius. et odor eius sicut libani. Conuestes
sedentes in umbra eius. uiuent triti-
co. et germinabunt quasi uinea. Me-
morale eius. sicut uinum libani.

Ego exaudia. et dirige eum. Ego gustabi
et emuntem. ex me fructus tuus inuen-
tus est. Quis sapiens. et intellegit
ista. intellegens. et sciet haec. quia
recte uixisti. et iusti ambulabunt in
eis. **EN SCDM LUCAM.**

IN illo tempore. Rogabat enim
quidam phariseus. usque uadempace.

**SABB. IN XII. LEC. LECTIO
LIBRI LEUITICI.**

LXXXIII

IN dieb; illis. **L**ocutus est dñs ad
moysen dicens. Decimodie mensis
huius septimi. dies expiationū erit ce
leberrimus. et uocabit^r scs. Affligetisq;
animas uires in eo. et offeretis olocau
stum dño. Omne opus non facietis
in tempore diei huius. quiadies pro
pitiacionis ē. ut ppietur dñs dñr. uol

Omis anima que afflicta non fuerit
die hac. peribit de populis suis.

Et que operis quippiam fecerit. delebo
eam de populo suo. Nihil ergo operis
facietis in eo. Legitimum sempiter
nū erit uob. in cunctis generationib; &
habitationib; uris. Sabbatum re
quiectionis ē. affligetisq; animas uires

Die nono mensis. a uespere usq; ad
uesperum. celebrabitis sabbata
urā. dicit dñs omps **U B I S U P.**

LEC LIB LEVITICL.

IN dieb; illis. Locutus est dñs
ad moysen dicens. Quinto decimo
die mensis septimi. quando congre
gaueritis omnes fructus terre urā.
celebrabitis ferias septem dieb; Die
primo et die octauo. erit sabbatum
idē requies. Sumetisq; uob; die primo **fruct²**
arboris pulcherrime. spatulasq;
pālmārum. et ramos ligni densarum
frondium. et salices de torrente. & le
tabimini corā dñō dō urō. Celebra
bitisq; sollemnitatem eius septem

dieb; pannum. legitimum sempiternū
erit in generationib; uris. Mense
septimo festa celebrāⁱⁿis. et habitabis
in umbraculis septem dieb; Omnis
qui de genere est isrl. manebit in um
braculis. ut discant posteriuri. qd in
tabnaculis habitare fecerim filios isrl
cum educere eos de terra aegypti
ego dñs dñs ur

*U B I S U P R A .
L E C M I C H E A E P P H .*

O N E dñs nr pascere populū tuū in
uirgatu^o gregem hereditatis tue
habitantes terrā in salute. iuxta dies
antiquos. Videbunt gentes. et con
fundent². sup omī fortitudine sua
Q m quis similis tui. qui auferis iniquitatē

et transis peccatum reliquiarum he-
reditatis tue. Non immittere ultra
furorē suum. qm̄ uolens misericor-
diā. creuetur. et miserebitur nr̄i.

Deponet iniquitates nr̄as. et p̄ iacet
in profundum maris omnia peccata nr̄a.

Dabis ueritatē iacob. misericordiā
abraham. quē iurasti patrib; nr̄is
adieb; antiquis. dñe d̄s nr̄. **UBI**

SV P. LEC ZACHARIE PPH.

In diebus illis. Factum est
uerbum dñi ad medicē. Hæc dicit
dñs d̄s exercituum. Sicut cogitaui
ut affligerem uos cum ad iracundiā
me p̄uocassent patres ur̄i. et non sum
misertus. sic conuersus cogitaui in

dieb; istis. ut benefaciam hierusalem. &
domui iuda. Nolite timere. Haec sũ
ergo uerba. que facietis. Loquimini
ueritatem. unusquisq; cum proximo
suo. Ueritate. et iudicium pacis. iudi
cate in portis uris. Et unusquisq; ma
lum contra amicum suum. necogitans
in cordib; uris. et iuramentũ mendax
nec diligatis. Omnia enim haec sunt
que odi. dicit dñs. Et factum est
uerbum dñi exercituum. Ad medicos
Hæc dicit dñs ds exercituum. Ieiuniũ
primi. ieiunium quartũ. et ieiunium
quinti. et ieiunium septimi. et ieiunium de
cimi. erit domui iudæ in gaudiũ &
in leticiam. et in sollempnitates p̃claras.

Ueritatem tantum. & pacem diligite.

Dicit dñs exercituum.

Hic legitur danihel. Angelus dñi

A D H E B R E O S.

FR̄S. Tabernaculum factū ē
primum. in quo erant candelabra
et mensa. et propositio panum quod
sc̄a. Post uelamentū autē sc̄dm ta
bernaculum. quod dicitur sc̄a scōrū.
aurum habens turibulum. & arcam
testamenti. circumtectā ex omī parte
auro. In qua urna aurea habens
manna. et uirga aaron que fronde
rat. & tabule testamenti. Supq;
eam cherubin gloriæ. obumbrantia
proptiatorium. De quib; modo n̄ est

dicendum per singula. Hi si uero ita co-
positis. in priori quidem tabernaculo semper
introibant sacerdotes. sacrificiorum
officia consummantes. In secundo uero
semel in anno solus pontifex. non sine
sanguine quem offert pro sua et populi
ignorantia. Hoc significante spiritu sancto.
nondum per palatam esse sanctorum uitam. ad
huc priori tabernaculo habente statum.
quae parabola est temporis instantis.
Iuxta quam munera & oblationes offeruntur.
quae non possunt iuxta conscientiam. per-
fectum facere seruientem. Solummodo in
cibus et potibus; et uariis baptismatibus; &
iusticiis carnis. usque ad tempus correctio-
nis impositis. Christus praesens assistens pontifice

futurorum bonorum. - p̄ amplius et
p̄fectius tabernaculū non manufactū.
idē non huius creacionis. Neq; p̄ san
guinē hircorū aut utulorū. - sed p̄ pro
priū sanguinē. introiit semel in scā
aeterna redemptione inuenta.

E N̄ S C D M L V C A M.

In illo temp̄r. dicebat ih̄c turbis sim
litudinē hanc. **A**rborem fici ha
bebat quidā. usq; que glose fiebant ab eo.

clxxiii.

I B D. XVIII. POST PENT.

A D. CORINTHIOS.

FRS. - **G**ratias ago dō meo semp
prouob. - in grā dī que data est uobis in
xpo ih̄u. Quia in omib; diuites facti
estis in illo. - in omī uerbo. et in omī scientia.

sicut testimonium xpi confirmatum
ē in uob. ita ut nihil uob desit in ulla gra.
expectantib; reuelationē dñi nrī ihū xpī
Qui et confirmauit uos usq; ad finē. sine
crimine. in die aduentus dñi nrī ihū
xpi. *E N S C D M M A T H.*

cin.
IN ILLO T E M P. *Accesser*
ad ihm. saducei. usq; et qui se humi
liauerit. exaltabitur

cin.
N A T S C O R C O S M E E T D A M I A N I

A D H I B R E O S

FR S. *Rememoramini* autē pris
tinos dies. in quib; illuminati. magnū
celestam sustinuistis passionū. Et in alteris
quidem. obprobriis. et tribulationib;
spectaculū facti. in altero autē societalit

conuersantiū effecti. Nam et uinctis
compassi estis. et rapinā bonorū uorū
cum gaudio suscepistis. cognoscentes
uos habere meliorem et manentē sub
stantiā. Nolite itaq; amittere confiden
tiā urām. quemagnā habet remunerā
tione. Patientia enī uobis necessaria ē
ut uoluntatē dī facientes. repositis p̄mis
sionem. Adhuc autē modicū quantu
lū. qui uenturus ē ueniet. & n̄ tardabit
Iustus autē m̄s. ex fide uiuit.

EV SC DM IOHANNES

In illo temp̄r. dixit h̄c discip̄ suis
Hæc mando uobis ut diligatis usq; qui
oderunt me gratias IN VIG SCĪ
MICHAEL ARCHANGELIS.

CXXXVII

IN DIEB; ILLIS . . . ignifi
 cauit dñs. quę oportet fieri cito. loquas
 p̄ angelum suum seruo suo iohanni
 Quid testimonium phibuit uerbo dñi. &
 testimonium iñu xpi. quęcūq; uidit
 B̄atus qui legit. et qui audit uerba p̄phe
 tia huius. et serua te a quę neca scrip
 tasunt. Tempus enim p̄p̄e. Iohan
 nes enim. septē ecclesiis quę sunt in asia
 Ḡrā uob̄ et p̄x ab eo qui est. et qui erat.
 et qui uenturus est. Et a septem sp̄ib;
 qui in conspectu throni eius sunt. &
 ab iñu xpo qui est testis fidelis primo
 gentis mortuorum. et princeps regū
 terre. Qui dilexit nos. et lauit nos

apccatis nr̃is in sanguine suo **UBI SUP.**

LIB. APOCAL. IOH. APTI.

Et factū est pelium in celo.

michael et angelicus proeliabantur
cum dracone. Et draco pugnabat &
angelicus. et non ualuerunt. neq; loc⁹
eorum inuentus ē amplius in celo.

Et p̃iectus est draco ille magnus. serpens
antiquus. quidē diabolus et satanas.
qui seducit uniuersum orbem. Et p̃
iectus ē in terrā. & angelicus cum
illo missi sunt. Et audiui uocem
magnā. de celo dicentem. Nunc
facta est salus et uirtus. et regnū dō nr̃o.
et potestas xpi eius. Quia p̃iectus ē
accusator fr̃m nr̃orum. q̃ accusabat

illos. ante conspectu dñi. die ac nocte

Uicerunt illum propter uerbum testi
monii sui. et non dilexerunt animas
suas usq; ad mortem. Propterea le
tamini celi. et qui habitatis in eis.

EN SCDM MATH.

IN illo tempore. Accesserunt ad
Ihm discipuli eius. dicentes. quis putas
maiore. in regno celor. usq; qui in celis

IN VIG. OMNIUM SCOR.

L. LIB. APOCALIPS. IOH APTI.

ET ecce ego iohannes uidi in medio
throni. et quatuor animaliu. et in medi
senioru. agnum stantem. tanquam oc
cisum. habentem cornua septem. et
oculos septem. q̄ sunt septē sp̄s dñi mis

in omne terram. Et uenit. &

Acceptit de dextera sedentis ^{in throno} libri

Et cum aperuisset librum. quatuor
animalia. et uiginti quatuor seniores
cecidērunt coram agno. habentes
singuli citharas. et psalteria aurea. ple
nas odoramentorum. quę sunt orati
ones scōrum. Et cantabant canti
cum nouum. dicentes. Dignus es dñe
accipere librum. et aperire signacula
eius. qm̄ occisus es. et redemisti nos
dñs in sanguine tuo. ex omni tribu. et
lingua. et populo. et natione. et fecisti
nos dñō nrō regnū et sacerdotes. et reg
nabunt sup̄ terram. Et uidi. et au
diui uocē angelorum multorum. in

circuitu throni et animalium. et
seniorum. et erat numerus eorum. milia
milium. vocem magnam dicentes.

Oignus est agnus qui occisus est. accipe
virtutem. et diuinitatem. et sapien
tiam. et fortitudinem. et honorem. &
gloriam. et benedictionem. in secula
